elephantis mari terra viris
equis armis addito insuper
ferarum terrore veniebat.
Apud eracleam et campanie
Liris fluvium lirim levino consule
prima pugna que tam atrox fuit
ut ferret ence turme pre
fectus obsidius in regem
turbavit coegitque proiectis
insignibus prelio excedere. actum
erat nisi elefanti converso
in spectaculum bello procucurris
sent quorum cum magnitudine
tum deformitate et novo odo-
re simul ac stridore consternati
equi cum incognitas sibi bellvas am
plius quam erant suspicarentur fugam
stragemque late dederunt. In apu
lia deinde apud asculum melius
dimicatum est curio fabricio que
consulibus. Iam quippe terror bellua
l' n̄ terrebat
rum exolenat et gaius numicius
quarte legionis hastatus unius pro
muscide abscissa mori posse bel
luas ostenderat. Itaque et in ipsas
pila congesta sunt et in turres
vibrate faces tota hostium a
gmina ardentibus ruinis operu
erunt. Nec alius cladi finis fuit
quam nox dirimeret postremusque fu
gientium ipse rex a satellitibus
humero saucius in armis suis refer
tur. Lucanie suprema pugna sub
arusinis quas vocant campis du
cibus hisdem qui supra. et hec tota
victoria exitum quem datura virtus
fuit casus dedit. Nam provectis
in primam aciem rursus elephan
tis unum ex his pullum adacti
in caput teli gravis ictus avertit
qui per stragem suorum procurrens stridore
re quereretur mater agnovit et quasi
vindicaret exiluit. Tum omnia
circa quasi hostilia gravi timore per
miscuit. ac sic eedem fere que
primam victoriam abstulerant
secundam parem fecerunt. Tertiam sine

controversias tradiderunt. Nec alibi
tantum armis et in campis, sed consi-
liis quoque domi intra urbem cum rege
Pirro dimicatum est. Quippe post
primam victoriam rex callidus intel-
lecta virtute romana, statim despera-
vit armis, seque ad dolos contulit.
Nam interemptos cremavit, capti-
vos quoque indulgenter habuit, et sine pretio
restituit. Missis quoque deinde legatis
in urbe omnimodo annixus est, ut facto
federe in amicitiam reciperetur. Sed
bello et pace, foris et domi, omnem
in partem romana virtus tum se approbavit.
Nec alias magis quam tarentina vi-
ctoria ostendit magis populi romani
fortitudinem, senatus sapientiam, ducum
magnanimitatem. Quinam illi fu-
erunt viri quos ab elefantis primo
prelio obtritos accepimus. Omnium
vulnera in pectore. Quidam hosti-
bus suis immortui. Omnium in manibus
enses, et relicte in vultibus mine,
et in ipsa morte ira vivebat. Quod
adeo Pirrus miratus est, ut diceret:
O quam facile erat imperium orbis occu-
pare aut mihi romanis militibus, aut
me rege romanis. Que autem eorum
qui superfuerunt in reparando exercitu
festinatio, cum Pirrus: Video
me inquit plane Herculis sidere
procreatum, cui est ab angue lerna, cui tot cesa hostium capita
de sanguine suo renascuntur. Qui
autem ille senatus fuit, cum perorante
Appio Ceco pulsi cum muneribus
suis ab urbe legati, interrogati
a rege suo, quid de hostium sede sen-
tirent, urbem templum sibi visam,
senatum regum esse confitentur.
Qui porro ipsi duces vel in castris,
quod medicum venale regis caput
offerentem Curius remisit, Fa-
bricius oblata sibi a rege imperii
partem repudiavit, vel in pace,
cum Curius fictilia sua Samnitico
preferret auro, Fabricius ex pondo
argenti, ita Rufinum consularem
virum quasi luxuriam, censoria gravi-
tate damnaret. Quis ergo miretur
his moribus, virtute militum, victo-
rem populum romanum fuisse, uno
quoque bello Tarentino intra quadriennium
maximam partem Italie, fortissimas
gentes, opulentissimas urbes,
uberrimas quoque regiones in ditionem
redegisse. Aut quis adeo fidem superet,
quam si prima belli cum exitu conferantur.
Victor primo prelio Pirrus tota
mente Campaniam, Lirim, Fre-
gellas quoque populatus prope captam
urbem a Prenestina arce prospexit
et a vigesimo lapide oculos trepide
civitatis fumo ac pulvere implevit.
Eodem postea bis exuto castris,
bis saucio et in Greciam suam trans
mare ac terras fugato, pax et

al' cum

Curius
Fabricius

quibus et tanta de opulentissimis
tot gentibus spolia, ut victoriam
suam roma non caperet. Nec enim te-
mere ullus pulcrior in urbem
aut speciosior triumphus intravit.
In hanc diem nihil nisi pecora vol-
scorum, greges sabinorum, carpenta
Gallorum, fracta samnitum arma
vidisses, tum si captivos aspi-
ceres, molossi, thesali, macedo-
nes, brutius, apulus, atque luca-
nus, si pompam, aurum, purpuram,
signa, tabule tarentineque delicie.
Sed nihil libencius populus romanus
aspexit, quam illas quas timu-
erat cum turribus suis bellvas,
que non sine sensu captivitatis
summissis cervicibus victores equos
sequebantur.

Bellum picens sequitur.

Omnis mox Italia pacem
habuit. quid enim post tarentum
auderent? nisi quod ultro persequi
socios hostium placuit. domiti
ergo picentes. sed caput gentis
asculum Sempronio duce qui tre-
mente inter prelium campo, tellurem
deam promissa ede placavit.

Bellum Salentinum

Salentini picentibus additi
caputque regionis bru-
ndusium inclito portu M. Atilio
duce. Et in hoc certamine victo-
rie precium: Pales ultro
templum sibi pastoria

poposcit. Postremum italicorum in fidem
venere Volsinii opulentissimi etru-
scorum implorantes opem adversus ser-
vos quondam suos, qui libertatem a domi-
nis datam in ipsos erexerant, translataque in
se republica dominabantur. Sed hi
quoque duce fabio gurgite penas de-
derunt.

Hec est secunda etas populi romani
et quasi adolescentia qua maxime
viruit et quodam flore virtutis exar-
sit, ac ferbuit. Itaque inerat adhuc
ex pastoribus feritas, quiddam spirabat
indomitum. Inde est quod exercitus postumium
imperatorem infitiantem quas promiserat
predas facta in castris seditione lapida-
vit. Et sub appio claudio noluit
vincere hostem cum posset. Et duce
valerio Verone, detrectantibus plerisque
militiam fracti consulis fasces. Inde quod cla-
rissimos principes qui adversarentur vo-
luntati sue, exulatione multavit,
ut Coriolanum colere agros iubentem.
Nec minus ille ferociter iniuriam armis
vindicasset, nisi quod iam inferentem signa
filium mater veturia lacrimis suis
exarmavit. Ut ipsum Camillum quod inique
inter plebem et exercitum divisisse veien-
tem predam videretur. Sed hic melius
in capta urbe consenuit. et mox sup-
plices de hoste Gallo vindicavit.
Cum senatu quoque vehementius equo
bonoque certatum est, adeo ut relictis
sedibus solitudinem et interitum patrie
sue minaretur.
Prima discordia ob impotentiam

Asculum
picenos
Brundusium caput salentinorum
Pales
De sedicionibus
Postumius lapidatus
Coriolanus
Camillus
Secessio in sacrum montem

nam senatorū quibꝰ in t'ga qꝫ seui
entibꝰ in sacrū montē plebs ar
mata secessit egreqꝫ nec nisi tribunos
impetrasset menenii agrippe facū
di et sapientis viri auctoritate re
vocata ē. exstat oracionis antique sa
tis efficax ad concordiam fabula q̄
dissedisse int(er) se quondam humanos di
xit artus, q(uo)d omnibꝰ opere fungentibꝰ
solus venter immunis ageret. deinde mo
ribundos a seiunctione redisse in gra
tiam, qn̄do sensissent q(uo)d eius opera re
dactis in sanguine cibis irrigarentur

Secundā in urbe media decem
viratus libido conflavit. alla
tas a grecia leges x. principes lecti
iubente p(o)p(u)lo conscripserant. ordina
taqꝫ erat in xii tabulis tota iu
sticia cū tn̄ traditos fasces regio
quodā furore retinebant. Añ ceteros
Appius eo insolentie data ē, ut in
genuā virginē stupro destinaret ob
litus et lucretie et regū et iuris qd
ipse composuerat. Itaqꝫ cū oppressam iu
dicio filiā trahi in servitutē videret
Virginius pr̄ nichil cunctatus in medio
foro manu sua interfecit. Admo
tis ergo signis commilitonū tota eam
dominationē obsessam armis in carcerē
et catenas ab aventino monte de
traxit

Terciā sedicionē excitavit matri
moniorū dignitas. ut plebs
cū patriciis iungeret(ur). qui tumultus
in monte Ianiculo duce Canuleio
tribuno plebis exarsit

Quartā honorū cupido ut
plebei qꝫ magistratus crearent(ur).
Fabius ambustus duarū pr̄. alterā
patricii sanguinis dederat. alterā ple
beio stoloni. quondā tpr̄e lictorie virge
sonū ignotū penatibꝰ suis expa
verat a sorore satis insolenter irri
sa iniuriā n̄ tulit. Ita qꝫ nactus
tribunatū honorū et magistratuū Camillus in sua tribunatu extorsit a senatu et assimilata et daret in plebe
consortiū extimis invito senatu ex
torsit. Verū in hiis ipsis sedicionibꝰ
principē populū n̄ immerito suspe
xeris. Siquidē nc̄ libertatē nc̄ pu
dicitiā. tū natalium dignitatē
honorū decora et insignia vindi
cavit. Inter que hec omnia nullus
acrior custos qꝫ libertatis fuit. Nulla
qꝫ in precium eius potuit largitione
corrumpi. Cum in magno et cotidie
maiore pp̄ interim perniciosi cives
existerent. Cassiū largitione agra Cassiū
ria lege suspectū regie dominatio
nis presenti morte multavit. Ac Spurius melius
de spurio melio quidē supplicium pr̄ ipsis
suspsit. hic quinti dictatoris imperio
in medio foro magister equitum Ser
vilius hasta confodit. Manliū Manlius
vero capitoliū vindicem, qꝫ plerosqꝫ
debitorū liberabat, altius se
et inciviliter efferentem ab ea quā
defenderat arce deiecit. Talis
domi ac foris. talis pace bello

per populum Romanum factum illud adolescentie, quia secundum imperii etatem fuit. In qua totam inter alpes fretum que Italiam subegit. Lucii annei flori epitoma de titolivio liber primus explicit. Incipit secundus.

Domita subacta que Italia populus Romanus prope quingentesimum annum agens cum bona fide adolevisset, si quidem est robur, si qua iuventas, tunc ille vere robustus et iuvenis et par orbi terrarum cepit. Ita mirum et incredibile dictu qui prope quingentis annis domi luctatus est, adeo difficile fuerat dare Italie caput, his ducentis annis qui sequuntur Affricam Europam Asiam, totum denique orbem terrarum bellis victoriisque peragravit. Igitur victor Italie populus cum ad fretum usque venisset, more ignis qui obvias populatus incendio silvas interveniente flumine abrumpitur, paulisper substitit. Mox cum videret opulentissimam in proximo predam quodammodo Italie sue abscissam et quasi revulsam, adeo cupiditate eius exarsit, ut quatenus nec mari iungi nec pontibus posset, armis bello que iungenda et ad continentem suum revocanda videretur. Sed ecce se ultro ipsis viam pandentibus fatis, nec occasio defuit. Cum de federatorum impotentia Sicilie civitas Messana quereretur. Affectabat autem ut Roma ita Penus Siciliam, et eodem temporibus uterque votis ac viribus imperium orbis agitabat. Igitur specie quidem socios iuvandi, re autem sollicitante preda, quamquam territaret novitas rei, tanta tamen in virtute fiducia est. Ille rudis ille pastorius populus vereque terrestris ostendit nihil interesse virtutis equis an navibus, terra an mari dimicaret. Appio Claudio consulibus primum fretum tunc ingressus est fabulosis infame monstris estuque violentum. Sed adeo non est exterritus ut ipsam illam ruentis estus violentiam pro munere amplecteretur. Statimque ac sine mora Hieronem Syracusanum regem tanta celeritate vicit, ut ipse ille se prius victum quam hostem videret fateretur. Duillio Cornelio que consulibus etiam mari congredi ausus est. Tunc quidem ipsa velocitas classis comparate auspicium fuit. Intra enim sexagesimum diem quam cesa silva fuerat, centum sexaginta navium classis in anchoris stetit, ut non arte facte sed quodam munere deorum conversae in naves atque mutate arbores viderentur. Prelii vero forma mirabilis cum illas celeres volucresque hostium naves hec graves tardeque (romane) comprehenderent. Longe illis nautice artes, detorquere remos et ludificari

Bell. punic. prima
Terrestre
Classis
Romani accensi cupiditate etc.
cognomento audax

fuga rostra iniecte cum ferree ma
nus machine & alie cum certamine
militi ab hoste derise cauerant ho
stes qui in solido decertare victores e-
go liparaas vinsa & fugata hostium
classe primum illum egit maritimum
triumphum. Cuius quod gaudium fuit cum
duillius imperator non contentus unius
diei triumpho per vitam omnem ubi a ce
na rediret prelucere funalia precine
sibi tibicinas iussit quasi quottidie tri
umpharet. Pro tanta huius victoria
leve huius plurium damnum fuit Alter consulum
interceptus Asina cornelius qui simula
to colloquio evocatus atque oppressus fuit
perfidie punice documentum. Cala
tino dictatore fere omnia presidia
penorum agrigento. panorme.
(romanus presidia) Panormo. Erico. lilibeo detraxit.
Trepidatum est semel ita immensum
saltum. Sed ex una virtute Calpurni
ti flamme tribunum militum evasimus (?) qui
lecta (tri)ccc manu infestum (vel infessum) ab hostibus
tumultum occupavit Adeo quod mo
ratus hostes dum exercitus omnis eva
det ac sic pulcherrimo exitu termopi
larum & leonide famam adequavit.
hoc illustrior tamen quod expeditioni
tante suffecit & superuixit. vel licet nil
scripsit (scripsit sanguine leonidas) sanguine. L. cornelio scipi
one. Cum sicilia suburbana esset
populi romani provincia serpente la

tius bello Sardinia annexa
quod ei corsica transit. Olbie hic va
(in valerie) lerie urbis excidio multas fe-
cerunt caedes quod omnis terra mari pe
nos repugnavit. et iam victorie
nichil nisi ut afferat ipsa testatur
Marco atilio regulo duce
iam in affricam navigabat
bellum. nec deerat qui ipso punici
maris nomine ac terrore desistent
augenta insuper tribuno nauso
metu inque in parvis (?) securi
distincta imperator metu mortis
navigandi fecit audaciam Mox
ventis remis quod spatium est. tanta
quod terror hostium adventus remis fuit
ut apertis pene portis cartago
caperetur. Belli prima plurium
fuit civitas clipea prima ei a pu
nico litore quod arx & specula
per turrit. & h̄ & ccc. amplius ca
stella vastata sunt. nec cum hominibus
sed cum monstro quod dimicatum est. tu
qui in vindicta afferre nata inte
magnitudinis serpens. posita
apud bagradam castra vexa
ret. Sed omnium victor regulus
cum terrore nominis sui late tantum
tulisset cuius magnam vim iuve
tutis duces quod ipsos aut cepisset
aut haberet in vinculis classem quod
ingenti preda onustam & tum
pro gratie in urbem premisisset
in ipsam caput belli cartaginem
urgebat obsidio ipsis quod portis

Cornelius Asina
Calatinus
Calpurnius
Nota
L. cor. scipio
M atilius regulus
Clipea
Serpens magnus

insederant. Sic Paulini cum acta for-
tuna est, tantum ut plana essent
romane urbis insignia, tanta fecit ma-
gnitudo calamitatibus exprimebat.
Nam quinque adextra auxilia hosti-
bus. Cum Xantippum illis ducem
Lacedemon misisset a viris militie
peritissimo vinciuntur. Tum feda cla-
des romanis fit usui inopinata,
vivus in manus hostium venit
fortissimus imperator. Sed ille quidem par
par tante calamitatis fuit. Nam
nec punico carcere infractus est nec
legatione suscepta quippe diver-
sa quam hostes mandaverant cen-
suit, ne pax fieret ne commuta-
tione captivorum reciperetur. Sed
nec illo voluntario ad hostes suos
reditu, nec ultimo sive carcere
sive crucis supplicio deforma-
ta maiestas, immo his omnibus
admirabilior, quod aliud quam
victus de victoribus atque etiam
quia Cartago non cessat, de fortu-
na triumphavit. Populus autem
Romanus multo acrior infestiorque
pro ultione Reguli quam pro victoria
fuit. Metello igitur consule
spirantibus altius remis et recursu
in Sicilia bello apud Pano-
rmum sic hostes cedit, ut ne am-
plius ipsam insulam concupiscerent
argumentum ingentis victorie

Xantippus

Metellus consul

P. Claudio

M. Fabio Buteo

centum arata elephantorum captivitas
sic quoque magna preda si gregem illum
uno bello, sed venatione cepisset. P. Clau-
dio non ab hostibus, sed ab diis super-
superatus est quorum auspicia contemp-
serat. Ibi statim classe demersa ubi
ille captivarii pullos iusserat cum pu-
gnare ab his vetaretur. M. Fabio Bu-
teone classem hostium in aspectu ma-
ri apud Aeginurum iam in Italiam
ultro navigantem cecidit. Quantus
o tunc triumphus tempestate intercidit, cum
opulenta preda classis adversis acta
ventis naufragio suo Africe et Sir-
tes omnium impia gentium insularum
litora implevit. Magna clades sed
non sine aliquo principis prima dignitate
intercepta tempestate victoria, et tan-
tum perisse naufragio ut tunc primum
et preda omnibus promontoriis insul-
is frustraretur. P. r. Sic triumphat
Lutatio Catulo consule bello
tandem finis impositus apud insulas
quibus nomen Egates. Nec maior ali-
as in mari pugna quippe commea-
tibus exercitu propugnatoribus, armis onus-
hostium classis, et in ea quasi tota Carta-
go adipiscendi exitio fuit. Romana clas-
sis prompta levis expedita et quo-
dam genere castrensis adsimilitudine
pugne instructa. Hic remis qui ha-
beret agebat et in hos vel in illos
mobilia rostra spem vincentium pre-
ferebant. Ita quoque momento temporis la-

Egates

[illegible] hostium [illegible] inter Siciliam
Sardiniamque pelagus naufragio
suo operuerunt. Tanta denique fuit
illa victoria, ut de eradendis ho-
stium menibus non quereret. Superva-
cuum visum est in arcem murosque se-
vire, cum iam in mari esset deleta
Cartago. Bellum Liguricum

Porta Iani clausa

Peracto punico bello secuta est
[p]brevis sane et quasi ad recipi-
endum spiritum requies. argumentum que
pacis et bona fide cessantium ar-
morum, tunc primum post Numam clausa
fuit porta Iani. Sed statim ac sine
mora patuit. Cum ipse iam Ligures
iam insubres Galli necnon et Illiri
lacessebant. Hi de sub alpibus i[d est]
de sub ipsis Italie faucibus gentes
deo quodam assidue incitante ne
rubigine ac situ [ȝ arma essent] armassent denique
que utique quotidiam et quasi domestica
hostes, tirocinia militum imbuebat.
Nec aliter utrique gente quasi cote quadam
p[ro] et ferrum sive virtutis acuebat. Li-
Ligures vara f. mac
gures imis alpium iugis adhaeren-
tes, inter varum et macram flumen im-
plicatos que dumis silvestribus, ma-
ior aliquanto labor erat invenire quam
vincere. Tanti locis ac fuga durum
atque velox genus ex occasione magis
latrocinia quam bella faciebat. Ita que cum
diu militique eluderet saltus dela-
te · exubile · burtates · Ingaunis

cande furia latebras eorum ig-
nibus sepsit. Bebio in plana dedu-
xit. Postumius ita exarmavit ut
vix reliquerit ferrum quo tra-
talet. Bellum Gallicum

Gallis insubribus et his acco-
lis alpium, tum ferarum, cor-
pora plus quam humana erant.
sed experimento deprehensum est quod
sicut primus impetus eis ma-
ior quam virorum est, ita sequens minor
quam feminarum. Alpina corpora hu- Alpina corpa
menti celo educata habent quiddam
simile nivibus suis, quae mox calu-
ere pugna, statim in sudorem
eunt, et levi motu quasi sole laxa-
tur. Hi saepe et aliter sed Brito- Brito mari
maro duce non prius solutos se
baltea, quam capitolium ascendissent
iuravaint. factum est. victos eos
Emilius in capitolio distinxit.
Mox Ario visto duce vovere Ario visto
de nostrorum militum preda mar-
ti suo torquem. intercepit Iupiter
votum. Nam de torquibus eorum
aureum Iovi flammius erexit. Vi- Vida maro
dimaro rege romana arma vota-
verant aliorsum vota ce-
cidit. Capto enim rege Marcellus
tertia post Romulum patrem feretrio
Iovi arma suspendit. Bellum Illiricum

Illirium seu liburnum sub
extremis alpium radicibus
agunt inter arsia tiamumque flumi-

Tentana ∵

longissime protinus adriani maris latius effusi. Hi regnante Teutana muliere, populationibus non contenti, licentiae scelus addiderunt. Legatos quippe nostros ob ea quae deliquerant iure agentes, nec gladio quidem, sed ut victimas securi percutiunt, praefectos navium igne comburunt; idque quo indignius foret mulier imperabat. Itaque Cn. Fulvio Centimalo duce late domantur. Strictae in principum colla secures legatorum manibus litavere.

Bellum secundum punicum

Post primum punicum bellum vix quadriennii requies. Ecce alterum bellum minus quidem spatio, nec enim amplius quam XVIII annos habet, sed cladium atrocitate tam terribilius, ut si quis conferat damna utriusque populi, similior victo sit populus qui vicit. At nobilem populum ablatum mare, raptae insulae, dare tributa quae iubere consueverat. Hinc ultionem puer Hannibal ad aram patri iuravit, nec remorabatur. Igitur causa belli Saguntus delecta est, vetus Hispaniae civitas et opulenta, fideique erga romanos magnum quidem sed

Disputatio fabius

triste monumentum. Quam in libertate communi foedere exceptam Hannibal causas novorum motuum quaerens et suis et ipsorum manibus evertit, ut Italiam sibi rupto foedere aperiret. Summa foederum romanis religio est. Itaque ad auditum sociae civitatis obsidium, memores icti cum poenis quoque foederis, non statim ad arma procurrit, dum prius more legitimo queri malunt. Interim iam novem mensibus fessi fame, machinis, ferro, igne, versa demum in rabiem fide, immanem in foro excitant rogum; tum desuper se suosque cum omnibus opibus suis ferro et igni corrumpunt. Huius tantae cladis auctor Hannibal poscitur. Tergiversantibus poenis dux legationis qui inquit mora est? Fabius, in hoc ego sinu pacem bellumque porto; utrum eligitis? Succlamantibus bellum, bellum igitur inquit accipite. Et excusso in media curia togae gremio, non sine horrore quasi plane sinu bellum ferret effudit. Similis exitus belli initio fuit. Nam quasi has inferias Saguntinorum ultimae dire in illo parricidio incendio quae mandassent, ita manibus eorum vastatione Italiae, captivitate Africae, ducum et regum qui gessere bellum exitio parentatum est. Igitur ubi semel se in Hispania movit illa gravis et luctuosa punici belli vis, atque tempestas destinatumque romanis diu fulmen Saguntino igne con-

fecit statim quodam impetu ru-
pta perfregit Alpes · et in Italiam
ab illis fabulose altitudinis ni-
vibus velut celo missa descendit.
Ac primi impetus turbo inter pa-
dum et Ticinum valido stati fragore
detonuit. Tunc scipione duce fusus
exercitus, saucius etiam ipse venisset in
hostium manus imperator, nisi protectum
patrem pretextatus admodum filius ab
ipsa morte rapuisset. hic erit Sapi-
o qui in exitium affrice crescit, nomen
ex malis eius habitura · Tercio trebia succe-
dit, hec secunda belli punici procella de-
sevit Sempronio consule. Tunc calli-
dissimi hostes frigidum et nivalem
nacti diem, cum se ignibus prius oleo-
que fovissent. horribile dictu, homines
a meridie et sole venientes, nostra nos
hieme vicerunt. Trasimenus
lacus tercium fulmen Hanibalis, impera-
toris flaminio. ubi quoque ars nova
punice fraudis. quippe nebula lacus
palustribusque virgultis tectus eq-
tum terga subito pugnantium invasit.
Nec de diis possumus queri. imminen-
tem temerario duci cladem predixerant
insidentia signis examina et aquile
prodire nolentes. et commissam aciem
secutus ingens terre tremor. nisi
illum horrorem soli equitum virorum-
que discursus et mota vehementius
arma fecerunt. Quartum et pene

Ticinus

Trebia

Trasimenus

ultimum vulnus imperii Cannae ig-
nobilis apulie vicus, sed magnitudi-
ne cladis emersit. et lx. cede
parta nobilitas ibi in exitium
infelicis exercitus dux, terra, celum,
dies, tota rerum natura consensit.
Si quidem non contentus simulatis
transfugis Hanibal qui mox pugnan-
tium terga ceciderunt. Insuper calli-
dissimus imperator, in patentibus
campis observata loci natura,
quod et sol ibi acerrimus et plurimus pul-
vis, et eurus ab oriente semper quasi
ad constitutum, ita instruxit aciem,
ut romanis adversis hec omnia ad-
versis, ipse secum celum tenens vento
pulvere sole pugnaret. Ita quod
duo maximi exercitus cesi ad ho-
stium satietatem, donec hanibal
diceret militi suo · parce ferro.
Varro Ketn — Paulus emilius
Ducum effugit alter, alter occisus
est. dubium uter maiore animo. Pau-
lum puduit, Varro non desperavit.
documenta cladis cruentatus a-
liquandiu aufidus, pons de — Aufidus
cadaveribus iussu ducis factus in
torrente vergelli. modii duo
anulorum Cartaginem missi. di-
gnitasque equestris taxata
mensura. dubium deinde non erat
quin ultimum illum diem habitura
fuerit roma, quintumque intra diem
epulari Hanibal in capitolio
potuerit, si quod penum illum dixisse
adherbalem bomilcaris ferunt

hanibal si eo modo sciret vi-
tam, sic uti victoria scisset. Cum
quidem illum ut dici vulgo solet
aut fatum urbis imperature, aut ipsius
mentis mala et aversi a Carthagine
dii in diversum abstulerunt, cum vi-
ctoria posset uti, frui maluit
relictaque Roma Campaniam
Tarentumque peragrare, ubi mox
ipse et exercitus ardore languit,
adeo ut verum dictum sit Capuam
Hanibali Cannas fuisse. Siquidem
invictum alpibus, indomitum armis,
Campanie quis crederet soles et
tepentes fontibus baie subege-
runt. Interim respirare Romanus et
quasi ab inferis emergere. Arma
non erant. detracta sunt templis.
deerat iuventus, in sacramentum
milicie liberata servitia. Ege-
bat erarium. opes suas libens
senatus in medium protulit. Nec
preter quod in bullis singulisque
anulis erat, quicquam sibi auri re-
liquerunt. Eques secutus exemplum,
imitateque equitem tribus. Denique
vix suffecere tabule, vix scriba-
rum manus, Levino Marcelloque
consulibus. Cum private opes in
publicum deferentur. Quid autem
in eligendis magistratibus.
que centuriarum sapientia. cum iuni-
ores a senioribus, consilium de
creandis consulibus petiverunt.
Quippe adversus hostem totiens

victorem tam callidum. non virtute tan-
tum, sed suis etiam consiliis pugnare opor-
tebat. Prima redeuntis et ut sic
dixerim revivescentis spes imperii, Fa- Fabius
bius fuit qui novam de Hanibale
victoriam commentus est. non pugnare.
Hinc illi cognomen novum et rei pu-
blice salutare cunctator. Hinc illud
ex populo ut imperii scutum vocaretur. Ita-
que per Samnium totum per Falernos Gaura-
nosque saltus, sic maceravit Hani-
balem, ut qui frangi virtute non
poterat, mora comminueretur. Inde Clau-
dio Marcello duce, etiam congredi au-
sus est. comminus venit et pepulit e
Campania sua. et ab obsidione
Nole urbis excussit. Ausus et Sempro-
nio Graccho duce per Lucaniam sequi
et premere terga cedentis. quamvis tunc o
pudor manu servili pugnaret. Nam
hucusque tot compulerant. sed libertate
donati fecerant de servitute Roma-
nos. O horribilem in tot adversis fidu-
ciam. o singularem animum ac spem
populi Romani. tam artis afflictisque
rebus, cum de Italia sua dubitaret,
ausus est tamen in diversa respicere. Cum-
que hostes in iugulo per Campaniam
Apuliamque volitarent, mediamque de
Italia Africam facerent, eodem tempore et hunc
sustinebant. et in Siciliam Sardiniam
Hispaniam divisa per terrarum orbem ar-
ma mittebat. Sicilia mandata
Marcello. nec diu restitit. tota enim
insula in una urbe superata est. Gra-

de illud et an id ipsum mirum tamen
Siracuse tamen archimedis ingenio
defenderentur aliquamdiu restiterunt. Longe
illi triplex murus totidemque arces
portus ille marmoreus et fons celebratus
Arethuse. nisi quod hactenus profuere
ut pulcritudini victe urbis parceretur.
Sardiniam Graccus arripuit. nichil
illi gentium feritas Insanorumque
nam sic vocantur immanitas mon-
tium profuere. Sevitum in urbes ur-
bemque urbium Caralim ut gens
contumax vilisque mortis saltem
desiderio patrii soli domaretur.
In hispaniam missi gneus et pu-
blius Scipiones pene totam pe-
nis eripuerant. sed insidiis punice
fraudis oppressi rursus amiserant.
Magnis quidem illi preliis punicas
opes cecidissent. sed punice
insidie alterum ferro castra metantem
alterum cum evasisset in turrem cinctum
facibus oppresserant. Igitur in ultionem
patris et patrui missus cum exercitu
Scipio, cui tam grande de affri-
ca nomen fata decreverant, bellatri-
cem illam viris armisque nobilem
hispaniam, illam seminarium hosti-
lis exercitus, illam hanibalis eru-
ditricem, incredibile dictu, totam
a pirhenei montibus in herculis
columnas et occeanum recuperavit.
Nescias citius an felicius. Quam
velociter quattuor anni fatentur. quam fa-
cile vel una civitas probat. eodem
quippe quo obsessa est die, capta est
omenque africane victorie fuit, quod
tam facile capta est hispana car-
tago. Certum est tamen ad profligan-
dam provinciam maxime profecisse
singularem ducis sanctitatem. quippe
qui captivos pueros puellasque
precipue pulcritudinis barbaris
restituerit ne in conspectu quidem
suum passus adduci. ne quid de virgi-
nitatis integritate delibasse
saltem vel oculis videretur. Hec
in diversa terrarum populus romanus. nec
ideo tamen Italie visceribus inheren-
tem summovere poterat hanibalem.
plera que ad hostem desciverant et
dux acerrimus contra romanos Ita-
licis viribus utebatur. Iam tamen
eum plerisque oppidis et regioni-
bus excussimus. Iam Tarenti-
nus ad nos redierat. Iam et
capua sedes et domus et patria
altera hanibalis tenebatur. Cuius
amissio tantum peno duci do-
lorem dedit, ut inde totis viribus
romam converteret. O populum
dignum orbis imperio, dignum
omnium favore et admiratione ho-
minum ac deorum. Compulsus
ultimis metibus, ab incepto
non destitit, et de sua urbe so-
licitus Capuam tamen non omisit
sed parte exercitus sub appio consule

Marcellus

Caralim

Scipiones in hispania

Cartago hispana

relicti . parte statum in urbe se
cura absens silet p(ro)p(ri)s q(uam) pugna
bat. Quid ergo miramur moue
re castra a tercio lapide hanniba
li iterum ipsos deos, deos inquam
nec fateri pudebit restitisse.
Tanta enim ad singulos illius
motus, nisi imbrium effusa est.
tanta ventorum violentia co
horta, ut diuinitus hostem sub
moueri, nec celo, sed ab urbis ipsius
menibus et capitolio ferri vide
retur. Itaque fugit et cessit. et in ul
timo se italie recepit sinu. cum
urbem tantum non adorata reli
quisset. Parva res dictu. sed
ad magnanimitatem populi ro
mani probanda satis efficax. quod
illis ipsis quibus obsidebatur
diebus, ager quem hannibal ca
stris insederat venalis rome fu
it. hasteque subiectus invenit
emptorem. Voluit hannibal
contra fiducia imitari. subiecit quod
argentarias urbis tabernas. nec
sector inventus est. ut scias in psa
gia satis fuisse. Nichil actum
erat tanta virtute tanto fauo
re etiam deorum. Si aliquid ab
hispania hasdrubal frater han
balis cum exercitu novo, novis
viribus nova belli mole veni
ebat. Actum erat proculdubio si
vir ille se cum fratre iunxisset. sed

hic quoque castra metante claudius nero
cum livio salinatore debellat. Nero
in ultimo italie angulo submovebat
hannibalem, livius in diversissimam
partem, id est in ipsas nascentis italie fau
ces signa converterat. Tanto id est
tam longissima italia solo interiacente
Quo consilio qua celeritate con
sules castra coniunxerint. inopinatum
que hostem collatis signis compresserint
nec id fieri hannibal sensit, difficile di
ctu est. Certe hannibal recognito
cum proiectum fratris caput ad sua ca
stra vidisset. agnosco inquit infe
licitatem carthaginis. Hec fuit illius
viri non sine presagio quodam fati
inminentis prima confessio. Iam cer
tum erat hannibalem in ipsius con
fessione posse vinci. sed tot rerum
prosperarum fiducia plenus populus ro
manus magni extimabat. asperum
hostem in sua affrica debellare. Du
ce igitur scipione in ipsam tota mo
le conversus imitari cepit hannibalem
et italie sue clades in affrica vin
dicare. Quas ille dii boni hasdru
balis copias. quas siphacis
exercitus fudit. quam castra quod utriusque ca
stra facibus illatis una nocte de
levit. Denique iam non a tercio lapide
sed ipsas carthaginis portas obsidi
one quatiebat. Sic factum ut i
hesentem atque incubantem italie ex
torqueret hannibalem. Non fuit

maior sub imperio romano dies quam
ille cū duo omniū ⁊ an̄ ⁊ postea du
cū maximi duces. Ille ytalie, hic
hispanie victor collatis cominus si-
gnis direxerē aciem. Sz ⁊ colloqu
ium fuit int̄ ipsos de legibus pacis.
Steterunt diu mutua admiracione
defixi. Ubi de pace nō conuenit,
signa cecinē. Constat utriusqz con
fessione nec melius instrui aciem
nec acrius potuisse pugnari. Hc
Scipio de hanibalis, hanibal de
Scipionis exercitu pdicauerūt. Sz
tn̄ hanibal cessit. premiū qz victo
rie affrica fuit ⁊ secutus affricā
terrarū orbis. Bellū macedonicū p^m

Post Cartaginem vinci ne-
minē puduit. Secute sūt
statim affricā gentes, Ma-
cedonia. Grecia. Siria. ceta qz
omīa quodā quasi estu ⁊ torrē
te fortune. Sed pⁱmi omniū Mace
dones. Affectator q̄ndam impⁱi
populus. Itaqz quamuis tc̄ philipp^9
regno psidēt. Romani tn̄ dimica
re sibi cū rege Alexandro vide
bant. Macedonicū bellū nomine
amplius quam spectatione (respectu) gentis fuit
Cā cepit a federē philippi. quo rex
iam pridem dominantem in Ita
lia hannibalem sibi sociauerat

Postea exivit implorantibus A
theniensibus auxiliū contra regis iniuri-
as. Cū ille ultra iure victorie in
templa aras ⁊ sepulcra ipsa seui
ret, placuit senatui opē ferre
tantis supplicibus. Quippe iā
gentiū reges. duces populi
nationes. presidia sibi ab hac
urbe postulabant. Primo igitur ─ levinus consul
levino cons. populus romanus Io-
niū mare ingressus tota grecie
litora velut triumphanti
classe peragrauit. Spolia quippe
Sicilie, hispanie, Sardinie.
Affrice pferebant. Et manifestā
victoriam, nata in puppi
laurus, pollicebatur. Aderat ─ laurus nata in puppe
sponte in auxiliū Atalus rex ─ Atalus
pergamenorū. Aderant rhodii ─ rhodii
nauticus populus. quibus a
mari cons. a terris omīa eqs
viris qz quatiebat. Bis victus
rex bis exutus. bis fugatus ca
stris. cū tn̄ nichil terribilius Ma
cedonibus fuit ipso vulnerū aspe
ctu q̄ non spiculis nec sagittis
nec ullo grēculo ferro, sz ingenti
bus pilis. nec minoribus ad a
cta gladiis ultra mortē patebant ─ T. quintus fla.
Enim vero flaminino duce inuios
āna chaonū montes, aūqz omnē
p abrupta vadentem ⁊ ipsa mace
donie claustra penetrauimus. Introi
sse victorie fuit. Nam postea

niusque sancsit congreavit. Hec ad
tumlos quos ancore salvos novi
vno, ac ne hic quidem iusto plio
opprimit. Et illi quidem cum sub pa
trem accedit. regnum quam concessit
Mox nequam esset hostile, the
bas et euboeam et grassantem
sub nabide suo lacedemona
compescuit. Grecie vero veterem
statum reddidit ut legibus vi
veret suis et avita libertate fr
retur. O que gaudia quam fre
quentes fuerunt. cum hoc forte
nemee in theatro quinquennali
bus ludis a precone canetur.
quo tunc plausu. quos flo
res in consulem proiecerunt.
Et iterum iterumque pronunciacionem
repetere illam vocem iubebant
qua libertas achaie pronunciabatur.
Nec illa aliter consulari senatu
quam modulatissimo aliquo tibiarum
aut fidium cantu fruebatur.

Bellum Siriacum cum rege anthioco

Macedonia statim et rege
philippo anthiocus ex
cepit quodam casu qui industria
sic agglubiante fortuna ut
quemadmodum ab Affrica in eu
ropam sic ab europa in Asiam

ultro se suggerentibus casus imperium
pertenderet. Et cum terrarum orbis situ
ipse ordo victoriam navigarent, illo
quo formidolosius fama bellum
fuit. Quippe cum persas et orientem
vicerint atque cogitarent, qui transissent
vivi montes, qui velis opertum ma
re vidissent, ut hec celestes inme
tentabant. Cum rumore continuo
cumanus apollo sudaret. Sed
hic fauentis asie sine nullus ti
mor erat. Nec viris opibus ar
mis quam quicquam copiosius siria.
sed in manibus tam ignavi regis
mandata, ut nihil fuit in Anthioco
speciosius quam quod a romanis victus.

Impulit regem in id bellum il
lic Thoas Ethole princeps inho
noratam apud romanos querens
adiutus macedonicas militie sue
societatem. Hunc hanibal qui in asia
ex vitus profugus et pacis impaciens
hostem p. r. toto orbe terrarum que
bat. Et quod illud fuisset prelium
si se rex consiliis eius tradidisset.
si asie viribus usus fuisset in
hanibal. Sed rex suis opibus et
regio nomine fretus satis habuit
bellum movere. Europa iam dubio
procul esse ad romanos pertinebat. Hic
lisimachiam urbem in littore tracie
positam, a maioribus suis Anthi

Euboea Europe

In vetere codice Hetm ...

de Hanibale

omne et hereditario iure respicie-
bat velut sidus asiaticum belli mo-
ta tempestas et maximus regum
quanto fortius inruisse bellum
cum ingenti strepitu ac tumultu
movisset ex asia occupatis stati
insulis grecie et litoribus ocia
et luxus tamquam victor agitabat
Euboeam insulam continenti ad-
herentem tenui freto reciprocantibus
aquis Euripus abscidit. hic ille
positis auleis sericis et tentoriis
sub ipso freti murmure cum interfluen-
tia tibiis fidibusque concinerent colla-
tis undique quamvis per hiemem rosis
ne quo alio modo ducis genere agere vide-
tur virginum puerorum delectus ha-
bebat Talem ergo regem iam
sua luxuria debellatum populus romanus Ma-
lio Glabrione consule in insula ag-
gressus ipso statim adventus sui
nuncio coegit ab insula fugere
Tunc precipitem apud termophilas
assecutus locum trecentis Laconum
speciosa cede memorandum ne
ibi quidem fiducia loci resistentem
maria ac terras cedere coegit. sta-
tim rex vestigio et in siriam classis
regia polixemdi et hanibali
commissa Nam rex pugnam nec spe-
ctare poterat. Itaque duce Ae-

milio regillo remigantibus
Rhodiis tota laceratur ne sibi
placeant athene in anthiocho
vicimus xerxen in emilio regillo
Themistoclem equavimus Ephesum
Salamina pensavimus. Consule
Scipione cui frater ille modo victor
Cartaginis Africanus volunta-
ria legatione aderat debella-
ri regem placet. Et iam toto
cesserat mari. Sed nos imus
ulterius meandrum ad amnem
montemque Sipilum castra ponun-
tur. hic rex incredibile dictu
quibus auxiliis quibus copiis
consederat. Trecenta milia pe-
ditum equitum falcatorumque curru-
um non maior numerus elefantis
ad hoc immense magnitudinis
auro purpura argento et suo e-
bore fulgentibus aciem utrimque val-
lavit Sed hec omnia prepedita ma-
gnitudine sua ad hec imbre
qui subito superfusus mira felici-
tate persicos arcus corrumpebat
primum trepidatio mox fuga de-
inde triumphus fuerunt Victo et
supplici pacem atque partem regni
dari placuit eo libentius quia tam
facile cessisset Bellum etho-
licum
Syriaco bello Etholicum
successit et debebat etho-
licum victo quippe Antiocho Romanus Anthio-

Eubea
Euripus
cum glabrione
Sipilus mons

ctus fuerat asiatica bella psp-
bat. Ergo fulvio nobiliori ma-
data ultio est. hic pma caput
Ambrachiā gentis ambrachiā regiā pir-
ri maximis quatit obsessa de-
ditio est. Aderat etholorū pā-
bus athenā rhodiū et memnā
mis auxiliū. sic placuit igno-
sci se r. p. Id tn̄ latis in
pximos bellū. omem q; late
cefalenā, iacuton et quicqd i-
Maleū sularū in eo mari inter cerau-
nios montes usqz ad maleū
ethola belli accessio fuerūt

Bellū gallogrecoȝ histricū

Histri sequūtur etholos. nuper bellan-
tes eos nup adiuverant et
initia pugne psp̄a hostib; fuerūt.
eadem q; causa ca. Nam cū
gnei Manlii castra cepissent
optime q; prede incubarent
epulantes ac ludibundos ple-
ros q; aut ubi essent p̄ potu-
Apius pulc̄ lis nescientes. Apius pulc̄ in-
vadit. sic cū sanguine et spū ma-
le partam revomuere victoriā.
Ipse Rex apulo equo impositus
cū semde crapula et capitis et
rore iactaret captū sese mx
et egre postq̄ expectus ē di-
dicit. **Bellū gallogrecū**
Gallogreciam q; Ziziata

belli cuma cumulavit fuerant in-
auxilia regis anthiochi. an fuisse
cupidus triumphi maluit. an eos
infos simulavit dubiū. Certe ne-
gatus est victori triumphus q; cām
belli non approbavit. Cetium gens gal-
logrecorū, sic ipm̄ nome indicat ē
mixta et adulterata est reliquie gal-
lorum quibus breno duce vasta-
vant greciam in orientem secuti
in media asie parte sedit. Itaqz
ut fruges semina mutato solo de-
generant, sic illa germana feritas eoȝ
asiatica amenitate mollita ē. duo-
bus itaqz pliis fusi fugati q; sunt
cūtinis subadventu hostis relictis sedi-
bus, in altissimos se montes recepisset
solos tolosgiorū tectos sagiciam
insederat. ubi q; fundis sagittis q; i
perpetuam se pacem dediderūt. Galli
gati miraculo quoda fuere cū cate-
nas morsibus et ore tentassent, cum
offocandas fauces invicem pbuissent.
Nam orgiagontis regis uxor a cē-
turione stuprū passa memorabili
exemplo custodiam evasit. revolsū
q; militis caput ad maritū suum
retulit

Numantia citum cartaginis ca-
pue corinthi opibus inferior
ita virtutis nomine et honore par
omnibus. summum q; si viros extimes
hyspanie decus. quippe qui sine
muro, in turribus modice edito

in tumulo apud flumen sita Celtibe-
quatuor militibus celtiberorum quadragin-
ta exercitum per annos xiiii sola susti-
nuit. nec sustinuit modo sed severius ali-
quanto perculit pudendisque federibus
affecit. novissime cum invictam esse
constaret, opus est eo fuit qui car- (s. affricano)
taginem everterat. Non temere si
fateri licet ullius tam belli iusti-
or. segidenses socios et consangui-
neos romanorum manibus elapsos
exceperant. Irrita pro eis deprecatio
nichil valuit. cum se ab omni bello-
rum contagione removerent. in le-
gitimi federis precium iussi arma
deponere. Hoc sic a barbaris acceptum
quasi manus abscinderentur. Itaque sta-
tim megara viro fortissimo du-
ce ad arma conversi pompeium prelio
aggressi, fedus tamen maluerunt
cum debellare potuissent. Hostilium
deinde mancinum hic quoque assi-
duis cladibus ita subegerunt ut
ne oculos quidem aut vocem nu-
mantini viri quisquam sustineret. Ta-
men cum hoc quoque fedus maluere
contenti armorum manubiis cum ad
internecionem sevire potuissent. Sed non
minus numantini quam caudini illius
federis flagrans ignominia ac pu-
dore populus romanus dedecus qui-
dem presentis flagitii debitorem ma-

num expiavit. Tum duce Sci-
pione carthagine incendunt ad ex-
cidia nichil imbuto tandem in
ultionem exarsit. sed tunc adhuc in
castris quam in campo modo cum mili-
te quam cum numantino prelian-
dum fuit. Ipse assiduis in-
dustriis et servilibus maxime opi-
bus actum ferre plenius nullum
qui arma nesciret, luto inquina-
ri. qui sanguinem nollent imbeba-
tur. nos hac autem talones surade
nisi ad usum necessaria amputabant.
Tanti esse exercitum certa imperatore
vere proditum est. Sic redacto in
disciplinam milite amissa acce-
dere insuetum se nunquam sperave-
rat, statim ut fugientem numantinos
quisquam videret. Dedere etiam
se volebant si tolleranda viris
imperarent. Sed cum Scipio veram
vellet et sine exceptione victo-
riam, eo necessitatis compulsi
primum ut destinata morte in pre-
lium ruerent, cum se prius epulis
quasi inferiis implevissent
carnis crude et Celie sic vocant in-
digena ex frumento potionem.
Intellectum ab imperatore consilium.
Itaque non permissa pugna morituris
Cum fossa atque lorica quatuor quoque
castris circumdati fame premerentur,
a duce orantes prelium, ut tamquam
viros occiderent. Sed ubi non impe-
trant placuit eruptio. Sic conser-

ta manu pressim ocrasu i ai ur
gente famis aliquamdiu mode
vixerunt. novissime consilium
fuge fecerunt. Sed hoc quoque ruptis
equorum cingulis uxores ad-
emere summo scelere per amorem.
Itaque exitu deplorato in ultimam
rabiem furoremque conversi, po-
stremo mori hoc genere destina-
verunt. Duces suos seque pariter
quod ferro et veneno subiecto quod
undique igne peremerunt. Macte
esse fortissimam, et meo iudi-
cio beatissimam in ipsis malis
civitatem asserunt, cum fide so-
cios populum orbis terrarum
viribus fultum sua manu eta-
te tam longa sustinuit. Novi-
ssime maximo duce oppressa civitas
nullum de se gaudium hosti re-
liquit. Unus enim vir Numan-
tinus non fuit qui in catenis du-
ceretur. preda ut de pauperibus
nulla, arma cremarunt. Trium-
phus fuit tantum de nomine. Ac-
tenus populus romanus pulcher
egregius pius sanctus atque ma-
gnificus. reliqua seculi ut
grandia ita vel magis turbida
et feda crescentibus cum ipsa ma-
gnitudine vitiis malis. adeo
ut siquis hanc tertiam eius

Inicium viciositatis romanorum

etatem hispaniarum qua ducentorum
annorum fecimus dividat. Centum
hos priores quibus Africam Mace-
doniam Siciliam Hispaniam do-
muit, aureos sicut poete canunt in-
re merito quod fateatur. Centum se-
quentes ferreos plane et cruentos
et siquid immanius. Quippe qui iu-
gurtine cimbrice mitridatice parthice
bellis gallicis atque germanicis quibus
celum ipsum gloria ascendit. Gracchanas
drusianasque cedes adhoc servi-
lia bella miscuerunt, et nequid turpi-
tudini desit, gladiatoria. Denique
in se ipse conversus marianis atque
sillanis. Novissime pompei et cesaris
manibus quasi per rabiem et furorem
et nefas semet ipse laceravit, quasi
mixta inter se sunt omnia atque confusa
tamen quo melius appareant simul
et ne scelera virtutibus obstrepant, separatim
perferentur. Primumque ut cepimus iusta
illa memorabimus et pia cum exteris
gentibus bella, magnitudo crescentis
in dies imperii appareat. Tunc ad illa
civilia scelera turpesque et impias pu-
gnas revertemur. Bellum asiaticum

Victa ad occasum Hispania populus
romanus ad orientem pacem
agebat. Nec pacem modo sed inusitata
et incognita quadam felicitate relictis
regiis hereditatibus opes et tota insi-
mul regna veniebant. Attalus rex
Pergamenorum regis Eumenis filius

socii quondam commilitonis eius nostri te-
stamentum reliquit: populus Ro. bonorum
meorum heres esto. In his bonis re-
gie et fuerunt. Adita igitur hereditate
provinciam p. r. non quidem bel-
lo nec armis sed quod est equius te-
stamenti iure retinebat. Sed haud
difficile dictu est utrum facilius a-
misit p. r. an recuperavit. Ari-
stonicus regii sanguinis ferox iu-
venis urbes regibus parere con-
suetas partim facile sollicitat,
paucas resistentes Myndon, Sa-
mon, Colophona, vi recepit. Cras-
si quoque exercitum ipsum quoque cepit.
Sed ille memor et familie et Roma-
ni nominis custodem sui barbarorum
virgula excecat in exitium sui quod
nolebat ita concitat. Mox a Per-
perna domitus et captus et per
deditionem in vinculis habitus. Aqui-
lius Asiatici belli reliquias confe-
cit, mixtis nefas veneno fonti-
bus ad deditionem quarundam
urbium. Que res ut maturam ita in-
famem victoriam fecit. Quippe
cum contra fas deum moresque maiorum
medicaminibus impuris in id tempus
sacrosancta romana arma violasset.

Lucii Flori epithoma de Tito Livi-
o lib. II explicit. Incipit Trogus de bel-
lo Iugurtino.

Hec ad orientem, sed non
ad meridianam plagam
eadem quies. Quis spe-
raret post Carthaginem aliquod
in Africa bellum? Atqui non leviter
se Numidia concussit et fuit in Iu-
gurtha quod post Hanibalem timeret.
Quippe rex callidissimus populum
Romanum armis invictum et invi-
ctum opibus aggressus est. Et ita
contra spem omnium fortuna cessit,
ut rex fraude precipuus frau-
de caperetur. Hic avo Masinissa
et Micipsa patre per adoptionem
cum interficere fratres statuisset a-
gitatus regni cupiditate, nec illos
magis quam senatum p. r. quorum
in fide et clientela regnum
erat metueret, primum scelus man-
dat insidiis. Potitus quoque Hiempsa-
lis capite cum se in Adherba-
lem convertisset isque Romam pro-
fugisset, missa per legatos pe-
cunia traxit in sententiam
suam senatum. Et hec fuit de no-
bis eius prima victoria. Myssos
deinde qui regnum inter illum ad
Herbalemque dividerent similiter
aggressus, cum in Scauro ipso
romani imperii mores expu-
gnasset, inchoatum nefas perfe-
cit audacius. Sed diu non la-
tent scelera. Corrupte nefas
legationis erupit, placuitque

Hered. [?] Attali

Crassi

Perperna / Aquilius

bello persequi parricidam. Primus
Calpurnius in numidiam calpurnius bestia co
sul immittitur. sed rex fortius ad
versus romanos aurum omne quam
ferrum pacem emit. Cuius flagitii
reus cum interveniret publica fide a
senatu accerseretur pari auda
cia et venit et competitorem im
perii masivusse. Massivam im
misso percussore confecit. Hec
altera contra regem fuit causa bel
Albinus landi. Sic sequens ultio man
datur albino. Sed huius quoque pro de
decus ita corrupit exercitum,
ut voluntaria nostrorum fuga vin
ceret numida, castrisque potiretur
addito insuper fede in pretium
salutis quod prius emerat dimi
sit exercitum. Eodem tempore
non tam imperii romani quam pu
Metellus doris metellus assurgit qui
callidissime hostem nunc precibus
nunc minis iam quasi vera fuga
eludentem artibus suis ag
gressus est. Agrorum atque
vicorum populatione contentus in
ipsa numidie capita impe
Zama tum fecit. Et zamam quidem
frustra temptavit. Ceterum Tha
Thalam lam gravem armis thesauris
que regis diripuit. Tunc ur
bibus exutum regem et finium

suorum regnique fugitivum per mauros
atque getuliam sequebatur. Po
Marius stremo Marius auctis admodum
copiis cum pro obscuritate generis sui ca
pite censos sacramento adegisset iam
fusum et saucium regem adortus,
non facilius tamen vicit quam integrum
et recentem. Hic et urbem herculi
conditam in media africa sitam
anguibus harenisque vallatam mi
ra quadam felicitate superavit. Et
Mulucha saxeo inditam monti Mulucham ur
bem per ligurem aditu arduo in
accessoque penetravit. Mox non
Bocchus ipsum modo, sed bocchum quoque mauritanie
regem iure sanguinis numidiam vin
dicantem, apud oppidum cirtam
graviter cecidit. Qui ubi diffisus
rebus suis aliene cladis accessio
fieri timet, pretium federis atque ami
citie regem facit. Sic fraudulen
tissimus regum, fraude socii sui in
insidias deductus est et sille in ma
num traditur. Tandemque optatum cate
natus Jugurtham in triumpho populus romanus
aspexit. Sed ille quoque quondam vic
tus et vinctus vidit urbem quam
venalem et quandoque perituram, si habu
isset emptorem frustra cecinerat. Iam
ut venalis fuisset habuit emptorem
et cum ille non evaserit, certum erat
non esse perituram.
Bellum allobrogum

Hic ad meridiem p. r. mitis ac [illegible]ime et multiplicatur. Et magis a septentrione veniente nichil hac plaga infestius. Atrox celum, proinde ingenia. Omni igitur tractu violentius hostis a dextris atque levis et medio septentrionis erupit. Prima trans Alpes arma nostra sensere Salluvii, cum de incursionibus eorum fidissima atque amicissima civitas Massilia quereretur. Allobroges deinde et Arverni, cum adversus similes Heduorum querele opem et auxilium nostrum flagitarent. Utriusque victorie testes Ysara et Vindelicus amnes et impiger fluminum Rhodanus. Barbaris terror elefanti fuere, immanitati gentium pares. Nichil tam conspicuum in triumpho quam rex ipse Bituitus discoloribus in armis argenteo quoque carpento, qualis pugnaverat. Utriusque victorie quod quantumque gaudium fuit, vel hinc existimari potest, quod et Domitius Enobarbus et Fabius Maximus ipsis quibus dimicaverant in locis saxeas erexere turres et desuper exornata armis hostilibus trophea fixerunt. Cum hic mos inusitatus fuit nostris. Numquam enim p. r. hostibus domitis victoriam suam exprobravit.

Salluvi

Massilia
Allobroges

Ysara
Vindelica

De Enobarbo

Bellum cimbricum ac tigurinum

Cimbri, Teutoni atque Tigurini ab extremis Gallie profugi, cum terras eorum inundasset Oceanus, novas sedes toto orbe querebant. Exclusique et Gallia et Hispania, cum in Italiam remigrarent, miserunt legatos in castra Sillani, inde ad senatum, petentes ut Martius populus aliquid sibi terre daret quasi stipendium; ceterum ut vellet manibus atque armis suis uteretur. Sed quas daret terras populus Romanus agrariis legibus inter se dimicaturus? Repulsi igitur quod nedum aut precibus armis petere constituunt. Sed nec primum impetum barbarorum Sillanus, nec secundum Manlius, nec tertium Cepio sustinere potuerunt. Omnes fugati, exuti castris. Actum erat, nisi Marius illi seculo contigisset.

Ille quoque non ausus congredi statim militem tenuit in castris, donec invicta illa rabies et impetus, quem pro virtute barbari habebant, consenesceret. Recessere igitur increpantes et tanta erat capiende urbis fiducia, consulentes si quid ad uxores suas mandarent. Nec segnius quam minati fuerant, tripertito agmine per Alpes, id est claustra Italie, fere-

Marius

bantur Marius mira statim velocitate occupatis compendiis prevenit hostem priores que theutonas sub ipsis Alpium radicibus assecutus in loco quem aquas sextias vocant, qua fide numinum prelio oppressit.

Aqua sextia

Vallem fluvium que hostes tenebant, nostris aquarum nulla copia. Consulto ne id egerit imperator an errorem in consilium verterit, dubium. Certe necessitate acta virtus causa victorie fuit. Nam flagitante aquam exercitu: Viri inquit estis, en illic inquit habetis. Itaque tanto ardore pugnatum est, ea que cedes hostium fuit, ut victor romanus de cruento flumine non plus bibit aque quam sanguinis barbarorum. Certe rex ipse Theutobacus quaternos senos que equos trasilire solitus vix unum cum fugeret ascendit. Proximo que in saltu comprehensus insigne spectaculum fuit. Quippe vir proceritatis eximie super trophea sua eminebat. Sublatis funditus Theutonis in cimbros convertitur. Hi iam quis crederet per hiemem qui altius alpes levat tridentinis iugis provoluti ruina descenderant. At hostes

Tridentinus

in flumine non ponte nec navibus sed quadam stoliditate barbarica primum corporibus aggressi. Postquam retinere amnem manibus et clipeis frustra temptaverant, ingesta obrutum silva transiluere. Et si statim infesto agmine urbem petissent, grande discrimen esset. Sed in Venetia quo fere tractu Italia mollissima est, ipsa soli celi que clementia robur elaguit. Ad hec panis usu, carnis que cocte et dulcedine vini mitigatos Marius in tempore aggressus est. Diem pugne a nostro imperatore petierunt, et sic proximum dedit. In patentissimo quem raudium vocant campo concurrere millia inde LX cecidere. Hinc immatio per omnem diem conciditur barbarus. Isti quoque imperator addiderat virtuti dolum, secutus hanibalem arteque cannarum. Primum nebulosum nactus diem ut hosti inopinatus occurreret. Tum ventosum quoque ut pulvis in oculos et ora ferretur. Tum acie conversa in orientem ut quod ex captivis mox cognitum est ex splendore galearum ac repercussu quasi ardere celum videretur.

Venetia mollis

Nec minor cum uxoribus eorum pugna quam cum ipsis fuit. Cum obiectis undique plaustris atque carpentis alte desuper quasi e turribus lanceis contisque pugnarent. Prima de sponsa mors earum fuit quam pugna. Nam cum missa ad marium legatione libertatem ac sacerdotium

non imperitassent nec spes erat su-
perstitis elise que passim infantibus
suis aut mutuis concidere vulneribus
aut vinclo e crinibus suis facto ex
arboribus iugisque plaustrorum pe- (Boleorix rex)
penderunt. Boleorix rex in acie di-
micans impigre nec inultus occubuit.
Tertia Tigurinorum manus que
in subsidio insederat noricos in-
sederat alpium tumulos in diversa lapsi
fuga ignobili et latrociniis eva-
nuit. Hunc tam letum tamque insignem
libertatis Italie assertique imperii nun-
tium non per homines ut solebat po-
pulus accepit sed per ipsos si credere (Pollux Castor)
fas est deos. Quippe eodem die quo
gesta res est visi pro ede Pollucis
et Castoris iuvenes laureati Rome
literas tradere. Frequensque in spectaculis
rumor victorie Cimbrice feliciter dicitur
quo quid ad mirabilius quidquam insignius
fieri potest? Quippe velut elata
montibus suis Roma spectaculo belli
interesset, quod in gladiatorio mu-
nere fieri solet, uno eodemque mom-
ento cum in acie Cimbri occumberent,
populus in urbe plaudebat. Bellum tracii

Post Macedonicas sed diversas
placet referre rebellantium ipsi
quondam tributarii Macedonum nec vi-
cinas provincias contenti inva-
dere Thessaliam atque Dalma-
tiam in adriaticum mare usque per-
venerunt, quo fine contenti, quia inter-
veniente natura ulterius progredi non poterant, in ipsas aquas
tela miserunt. Nichil interim per id
tempus residuum crudelitatis fuit in ca-
ptivos sevientibus: litare diis san-
guine humano, bibere in ossibus
capitum, cuiuscemodi ludibrio foeda-
re mortem tam igne quam fumo,
partus quoque gravidarum extorquere
tormentis. Sevissimi omnium
Tracum Scordisci fuere. Sed calli- (Scordisci)
ditas quoque ad robur accesserat.
Silvarum et montium situs cum inge-
nio consentiebat. Itaque non solum fusus
modo ab his aut fugatus sed pene
prodigio omnis totus interceptus
exercitus quem duxerat Cato. Di- (Cato Didius)
dius vagos et late populabunde dif-
fusos intra suam reppulit Tra-
ciam. Drusus ulterius egit et ve- (Drusus)
tuit transire Danubium. Minu- (Minucius)
cius toto vastavit Hebro multis
quidem amissis dum per perfidum
glacie flumen equitatur. Piso Rho- (Piso)
dopen Caucasumque penetravit.
Curio Daciam tenus venit sed (Curio)
tenebras saltuum expavit. Appius (Appius)
in Sarmatas usque pervenit. Lucul- (Lucullus)
lus ad terminum Tanaim
lacum quoque Meotim. Nec aliter cruen-
tissimi hostium quam suis moribus
domiti. Quippe in captivos igni
ferroque sevitum est. Sed nichil bar-
baris atrocius visum est quam quod ab-
scisis manibus relicti vivere super-
stites pene sue iubebantur.

Bellū mitridaticū

Ponticae gentes ad septem
trionem in mare sinistra
iacent. A pontico cognominare mai
barū gentiū atq; regionū rex an
tiquissima Illis etas post artha
bages a septem psis oriundo,
Jn mitridates omniū longe maxi9
Quippe cū quatuor pirrho xiiii
anni hanibali sufferint Ille p
xl annos restitit donec tribus in
gentibus bellis subactus feliāt
te sille virtute luculli magni
tudine pompei consumetur

Causa belli: Causam quidē illius belli p
tendit apud cassium legatū
attrectai terminos suos a nico
mede bithinico Ceterū elatus
animis ingentibus, asie totius
et si posset europe cupiditate
flagrabat Spem ac fiduciam
dabat nrā vitiā Quippe cum
civilibus bellis distingeremur,
invitabat occasio undū q; impi
latus ostendebat procul Marius
Silla Sertorius mt [illegible] rei p vul
nera, et nos tumultus repente
q̄i captato tempore in lassos sil
atq; distractos subito turbo pon
tici belli ad ultia veluti specla
septemtionis Primus statim im
petus belli buthiniam rapuit
Asia inde pari terrore correpta
est Nec cunctant ad regem
ab urbibus nris popul q; desitū est
Aderat instabat seviciā q̄i virtute
utebat Nam quid atrocius vno eius
edicto, cū omes qui in Asia forent
romane civitatis homines interfi
ci iussit Tū quidē domus templa
et are humana omnia atq; divina
iura violata sūt Sed [illegible] terror
Asie europā quoq; regna pete
bat Itaq; missis archelao neo
ptholomo q; pfectis, excepta rho
do qui p nobis firmius stetit Ce
terū ciclades delos euboea et
ipsa grecie decus athene tenebat
Italiam iam ipsā q; urbem roma
regnum terror afflabat Itaq; L.
Silla festinat vir armis optimus
pariq; violencia ruentem ultius
hostem, quadā q̄i manu reppulit
Primū q; athenas urbem q's cre
deret frugū parentem obsidione
ac fame ad humanos cibos compu
lit mox subruto pirei portu [illegible]
this tena ingesse bosforon In p
tracia maccedoniam et grecia [illegible]
lire Sic italiam nec opinatus
invadē tm cogitavit p defectione
timium, fornacis q; filū scelere p
venus, male tentatū veneno sp[illegible]
ferro expulit Gneus intm ma
gnus rebellis asie reliquas fere
p diusa gentium barbarū q; co
llatibat Hic sub orientem ferri

Archelaus

Gn. pompeius

tus armenios. captus in ipso capite
gentis artaxatis, supplicem iussit reg-
re tigranem. At in septentrione — Tigranem
Scithicum iter tamquam in mari stellis se-
cutus colchos cecidit. ignovit hibe-
rie. pepercit albanis. regem col-
chorum Orode positis sub ipso cau- — Orode
caso castris, iussit in plana descen-
dere. Arthocen qui hiberis impera-
bat et obsides liberos dare. Oro-
de etiam remuneratus est. Ultro ab — remuneratus
albania sua lectulum aureum et
alia dona mittentem. Inde in
meridiem verso agmine libanum
Sirie damascumque transgressus
per nemora illa odorata, per thuris
et balsami silvas romana signa
circumtulit. Arabes si quidem im-
peraret presto fuere. Hierosolimam — Hierosolima
defendere temptavere Iudei. verum
hec quoque et intravit et vidit illud grande
de impie gentis archanum patens
aureo uti celo. dissidentibusque
de regno fratribus arbiter factus re-
gnare iussit hircanum. Aristobo-
lo quia renovabat causam catenas
dedit. Sic pompeio duce p. r. to-
tam qua latissima est Asiam per-
vagatus. quam extremam imperii habe-
bat provinciam mediam fecit. Exceptis
quippe parthis qui fedus maluer-
runt et indis qui adhuc nos non

noverant omnis asia inter rubrum
et caspium et oceanum pompeia-
nis domita vel oppressa signis
tenebatur. Bellum piraticum
Interim dum p. r. per diversa ter-
rarum distractus est, Cilices
invaserant maria, sublatisque
commerciis rupto federe generis huma-
ni, sic maria bello quasi tempe-
state precluserant. Audaciam
perditis furiosisque latronibus da-
bat inquieta mitridaticis preliis
Asia. dum sub alieni belli turbi-
ne exterorumque regis invidia impu-
ne grassantur. Ac primum duce
Isidoro contenti proximo mari — Isidorus
Cretam inter atque cirenas pire-
norum et achaiam sinumque maleum,
quod a spoliis aureum ipsi voca-
vere latrocinabantur. Missus in
eos p. servilius quamvis leves — P. Servilius
et fugaces et myoparonas gravi
et martia classe turbaret non
incruenta victoria superat. Sed
nec mari submovisse contentus
validissimas urbes eorum et diu-
tina preda abundantes
phaselim et olimpon evertit et isau- — Isauron arx Cilicie
ron quoque ipsam arcem cilicie. Un-
de conscius sibi magni laboris et isau-
rici cognomen adamavit. Non
ideo tamen tot cladibus domiti terra
se continere potuerunt. Sed ut quedam
animalia, quibus aquam terramque
incolendi gemina natura est, sub ipso

hostis recessu impatientes soli
in aquas suas resilierunt. Et cum
Cyzico altius quam prius. Sic illos quam
ante mox subruto Epireo Portici
sex quoque et amplius muris postquam
domuerat, moestissimos homines
ut ipse dixit in honore tamen mor
tuorum sacre suus fame quam docu
it. Mox cum Euboea atque
Boetia presidia regis dissipa
visset, omnes copias uno apud
Cheroniam, apud Orchomenon
altero bello dissipavit. Statim
que in Asiam transgressus ipsum
oppressit et debellatum foret, nisi de
Mitridate triumphare ulterius quam vere
maluisset. Cum quidem hic Asie
statum Sylla dederat. Ictum cum
ponticis fedus recepit. Bithini
am a Nicomede, ab Ariobarza
ne Cappadociam. Ac sic erat Asi
a rursus nostra ut ceperat. Mitrida
tes tamen repulsus. Itaque ne fregit
ea res ponticos, sed incendit. Q
uippe rex Asie et Europe quondam
modo mesatis non iam quasi alienam
sed quam amiserat quasi raptam belli
iure repetebat. Igitur ut extincta
parum fideliter incendia maiore
flamma revivescunt. Ita ille de
integro, auctis maiore in modum
copiis tota denique regni sui mole
in Asiam rursus mari terra fluminibus
que veniebat. Cyzicum nobilitas
civitas arce, menibus, portu, turribus

que marmoreis Asiatice plage littora il
lustrat. Hanc ille qui altera Roma toto in
vaserat bello. Sed fiduciam oppidanis
resistendi nuncius fecit docens adven
tare Lucullum. Qui horribile dictu
per medias hostium naves utre suspen
sus et pedibus ut gubernans, viden
tibus procul quasi marina pistrix evaserat.
Mox clade versa vice ex mora obside
rem regem et ex fame pestilencia
urgeret, recedentem Lucullus assequi
tur. Adeo quam cecidit ut Granicus et
Esopus amnes cruenti redderentur.
Rex callidus romaneque avaritie
peritus spargi a fugientibus sarcinas et
pecuniam iussit quo sequentes moraren
tur. Nec infelicior in mari quam in terra
fuga. Quippe centum amplius nav
ium classem apparatuque belli gravem
in Pontico mari aggressa tempe
stas tam feda strage laceravit, ut
navalis belli instar efficeret. Plan
que Lucullus quodam cum fluctibus procel
lisque commercio debellandum tradidisse
regem ventis videtur. Attrite iam
omnes validissimi regis vires erant.
Sed animus malis augebatur. Itaque co
nversus ad proximas gentes totum
pene orientem et septemtrionem rui
na sua involuit. Hiberi, Caspii, Alba
ni et utreque sollicitantur Armenie. Per
quas omnia decus nomen et titulos Pom
peio suo fortuna querebat. Cuius
ille novis motibus ardere Asiam vi
deret alios quoque ex aliis porire reges

magni cantandum cata possit nisi se
gentium robora conuerent / statim prote-
nauibus fixo omni an se primus iussit
custatem regem quem fugientem me-
dia nocte armenia. quanta felici-
tas viri vno prelio confecit Noctur-
na ea dimicatio fuit et luna in par-
tibus quippe que commilitans vt cum a
tergo se hostibus a facie romanis
prebuisset pontica per errorem longius
cadentes et vmbras suas quasi ho-
stium corpora petebant. Et Mitrida-
tes quidem nocte illa debellatus
est. nihil enim postea valuit quamuis
omnia expertus more anguium qui
obtrito capite postremum cauda
minantur. Quippe cum effugisset ho-
stem colchos Sicilie quoque litora
et Campaniam nostram subito aduen-
tu terrere voluit. Sic felix et digna
victoria pompeius visus est. Et Mi-
tridatis primas fuit accessio Ille
dispersam toto mari pestem semel
et in perpetuum volens extinguere diuino
quodam apparatu aggressus est. Quippe
cum classibus suis et socialibus Rhodio-
rum abundaret pluribus legatis atque
prefectis utrique ponti et occeani ora
complexus est. Gellius thusco mari im-
positus plocius siculo Gratilius ligu-
sticum sinum. Pompeius gallicum ob-
sedit Torquatus balearicum Tiberi-
us Nero gaditanum fretum qua
primum maris nostri lima aperitur

Lentulus libicum Marcellinus egi-
ptum pompei iuuenes adriaticum
Varro terencius egeum et ponticum
et pamphilicum Metellus asiati-
cum Cepio ipsas propontidos fau-
ces porcius Cato sic obditis
nauibus quasi portam obseravit
Sic per omnes equoris portus si-
nus latebras recessus promun-
toria freta pene insulas quidquid
piratarum fuit quadam indagine
inclusum et oppressum Ipse pompeius
in originem fontemque belli
Ciliciam Nec hostes detrectauere
certamen non ex fiducia sed quia
oppressi erant ausi videbantur
Sed nihil tamen amplius quam vt
ad primum ictum concurrerent.
Mox vbi circumfusa vndique ro-
stra viderunt / abiectis et stati
telis remisque plausu vndique
pari quod supplicantium signum fuit
vitam petiuerunt Non alia tam
incruenta victoria vsi vnquam sumus
Sed nec fidelior imposterum reperta
gens vlla est Id quoque prospectu sin-
gulari consilio ducis qui mari-
timum genus a conspectu longe remo-
uit maris et mediterraneis agris
quasi obligauit Eodemque tempore
et vsum maris nauibus recuperauit
et terre homines suos reddidit /
Quid prius in hac inuicta victoria
velocitatem / quod quadragesimo die
parta est / an felicitatem quod ne

una quidem navibus amissa est · an
no perpetuitatem quam amplius precia
te non fuerunt **Bellum creticum**

Creticum bellum si vera volumus
noscere · nos fecimus sola vincen
di nobilem insulam cupiditate ·
fuisse videbatur Mitridati · hec
placuit armis vindicare primus
M· antonius invasit insulam Marcus Antonius
clade cum ingenti quidem victorie spe
atque fiducia adeo ut plures ca
tenas in navibus quam arma por
taret Dedit itaque penas vecor
die Nam pleras que naves inter
cepere hostes · captiva que corpora re
ligata velis ac funibus peppe
qui fuit filius marcedola metelli dere Ac sic velificantes triumpha
tum in modum Cretes portibus
Metellus suis arremigaverunt ... Metellus
crudelis deinde totam insulam igne ferro que
populatus intra castella et urbes
Gnoson redegit · Et Gnoson et Eruth
rea ut et greci dicere solent
Cydonea urbium matrem Cydoneam · Adeo
que seve in captivos consuleba
tur ut veneno se plerique con
ficerent Alii deditionem suam
ad pompeium absentem mitte
rent Et cum res in asia gereret
eo que prefectum misisset Antonium
in aliena provincia irritus fuit ·
eo que infestior Metellus in hostes
ius victoris exercuit Victis que la
stene et panare Cydone du
cibus victor redit Nec quicquam am
plius tamen de tam famosa victoria quam co
gnomine creticum reportavit **Bellum ba learicum**

Quatenus Metelli mace
donici domus bellicis nominibus
assueverat altero ex libris eius cretico
facto mora non fuit quin alter quoque
balearicus notaretur Baleares per
idem tempus insule piratica rabie
corrumpebant maria · homines feros
atque silvestres mireris ausos a
scopulis suis saltem maria prospicere
Ascendere in inconditas rates et preternavi
gantes subinde inopinato impetu
terrere Sed cum venientem ab alto ro
manam classem prospexissent · preda
putantes ausi etiam occurrere Et primo
impetu ingenti lapidum saxorum que
nimbo classem operuerunt Ternis quisque
fundis proeliatur Certos esse quis mi
retur ictus cum hec sola genti arma sint
id unum ab infantia studium Cibum
puer a matre non accipit nisi quem
ipsa monstrante percussit Sed non
diu lapidatione romanos terruere
Postquam cominus ventum est expertique ro
stra et pila venientia pecudum in
morem clamore sublato petierunt
fuga litora dilapsi que in proximos
tumulos querendi fuerunt ut vincerentur

Aderat fatum **Expeditio cipria**
insularum igitur et Cipros recepta
sine bello Insulam veteribus divitiis abu
dantem et ob hoc veneri sacram Ptho
lomeus regebat Et divitiarum tanta
erat fama nec falso ut victor gentium

populus et donare regi consueuerat
per clodio tribuno duce, socii uiui
ex regis confiscatione mandauit.
Et ille quidem ad rei famam fata
(ueneficio)
preuenit. Ceterum portius Cato ci
prias opes liburnis per tiberinum
hostium inuexit. que res latius era
rium populi romani quam ullus triumphus imple
uit. Bellum Galliarum

Asia manibus pompei subacta
reliquum que restabat in europa
fortuna in Cesarem transtulit. Re
stabant autem immanissimi gentium
Galli atque Germani. et quamuis toto
orbe diuisi, tamen qui uinceret habuit
britaniam. Primus Galli motus
ab helueciis cepit. qui rhodanum
inter et rhenum siti non sufficientibus
terris venere sedem petitum. incensis
menibus suis. hoc sacramentum fuit
ne redirent. Sed petito tempore ad
deliberandum. cum inter moras ce-
sar rhodani ponte rescisso abstulisset
fugam statim bellicosissimam gentem
sic in sedes suas quasi greges in sta
bula pastor deduxit. in atroci prelio
commisso muros cinxit. Sequens lon
ge atrocior pugna belgarum.
Quippe pro libertate pugnantium. Hic
cum multa romanorum militum insigni
tum illud egregium ipsius ducis. qui
inclinato in fuga exercitu rapto fugi
entis e manu scuto in primam uolitans
aciem manu prelium restituit. Inde cum
venetis etiam nauale bellum. sed
maior cum oceano quam cum ipsis na
uibus rixa. quippe ille rudes et
informes et statim naufrage cum
rostra sensissent. sed herebat in
vadis pugna cum estibus solitis. cum
ipso certamine subductus oceanus
intercedere bello uideretur. Ille quoque
accessere diuersitates pro gentium lo
corum que natura. Equitani callidum
genus in speluncas se recipie
bant iussit includi. Morini dila
bebantur in siluas iussit incendi.
Nemo tantum feroces dixerit Gal
los. fraudibus agunt. Induciomarus treueros, Ambiorix con
citauit eburones. utrique absen
te cesare coniuratione facta in
uenere legatos. Sed ille fortiter
a dolobella summotus est. et relatum
est regis caput. Hic insidiis in ualle
dispositis dolo perculit. Itaque et
castra direpta sunt. et aurum ab
latum. Cotta cum titurio sabi
no legato amisimus. Nec ulla
de rege mox ultio. quippe perpe
tua trans rhenum fuga latuit.
Nec rhenus quoque immunis. nec enim
fas erat ut liber esset receptator
hostium atque defensor. Sed prima
contra germanos illius pugna insti
ssimis quidem ex causis. Heduis enim in-

Venetis
Equitani
Ambiorix
Rhenus
De cesare [illegible]

arvernis Cesari querebantur que
Ariovisti regis superbia. cum legati
dicerent veni ad cesarem. Et si vult
veniat inquit et quid ad illum quod
agat nostra germania. num ego
me interpono romanis. Ita que tan
tus gentis nove terror in castris,
ut testamenta passim et in princi
piis scriberent. Sed illa inania
corpora quo erant maiora eo ma
gis gladiis ferroque patuerunt
Qui calor in preliando militum
fuerit, nullo magis exprimi
potest quam quod elatis super caput scutis,
cum se barbari testitudine tegerent
super ipsa romani scuta salierunt.
et inde in iugulos gladios descen
debant Iterum ueros de germano
tentenarii querebantur. Hic vero
mosellam
cesar ultro massiliam navali pon
te transgreditur. ipsum quoque rhenum
et hircinis hostem querit in silvis
Sed in saltus ac paludes gens
omnis diffugerat tantum pavoris
iniecit intra ripam subito roma
na vis. nec semel rhenus iterum
quoque et quidem ponte facto penetra
tus est Sed maior aliquanto trepi
datio quippe cum rhenum suum sic
ponte quasi iugo captum viderent fu
ga rursus in silvas et paludes.
Sed quod acerbissimum cesari fuit, non
fuere qui vincerentur omnibus terra ma
rique captis Respexit oceanum.

et quasi hic romanis orbis non sufficeret.
alterum cogitavit Classem igitur compa
ta Britanniam petit In britanniam
transit mira celeritate Quippe qui
tercia vigilia morino solvisset a por
tu, minus quam medio die insulam in
gressus est Plena erant tumultu
hostico littora et trepidantia ad con
spectum rei nove carpenta volitabant
Itaque trepidacio pro victoria fuit Ar
ma et obsides accepit a trepidis et ul
terius isset nisi improbam classem naufra
gio castigasset oceanus. Reversus
igitur in galliam classe maiore auctis
que copiis, in eundem rursus ocea
num, eosdem que rursus britanos ca
lidonias secutus in silvas, unum quoque
e regibus cavelianis in vincula de
dit contentus hiis non enim provincie, sed
nomini mandebat. cum maiore quam prius
preda revectus est ipso quoque oceano tran
quillo magis et propicio, quasi se imparem
fateretur. Sed maxima omnium eadem
novissima coniuratio fuit galliarum.
Cum omnes pariter arvernos atque bituri
ges carnutas simul, sequanos que con
traxit Ille corpore armis, spiritu que ter
ribilis. nomine et quasi terrore composito.
Vercingetorix Ille festis diebus et
conciliabulis cum frequentissimos in lucis
haberet, ferocibus dictis ad ius pristinum
libertatis erexit Aberat tunc Cesar Ra
venne delectum agens et hieme cre
verant alpes. sic inclusum putabat
Ravenne

uer Sed ille qui erat ad nutum rei felicissime temeritatis, per medios ad id tempus motum tumultus, per intactas vias et nives expedita manu cursus occupat Galliam et ex distantibus hibernis castra contraxit et ante in media Gallia fuit quam ab ultima timeretur. Tum ipsa capita belli aggressus urbes Avaricum cum xl propugnantium sustulit Alesiam ducentorum quinquaginta milium iuventute subnixam flammis adequavit. Circa Gergoviam Arvernorum tota belli moles fuit. Quippe cum lxxx muro et arce et abruptis defenderent, maximam civitatem vallo sudibus et fossa flumine ad hec xviii castellis ingenti quoque lorica circumdatam primum fame domuit, mox audentem eruptiones in vallo gladiis sudibusque concidit. Novissime in deditionem redegit. Ipse ille rex maximum victorie decus supplex cum in castra venisset, cum et faleras et sua arma ante Cesaris genua proiecit habe inquit fortem virum vir fortissime vicisti.

Victoria Cesaris

Bellum parthicum

Dum Gallos per Cesarem in septemtrione debellat interim ad orientem grave vulnus a Parthis populus Romanus accepit. Nec de fortuna queri possumus caret solatio clades adversis diis et hominibus cupiditas consulis Crassi, dum per [illegible] strage legionum et ipsius capite multata est. Et tribunus plebis Metellus exeuntem ducem hostilibus diris devorat. Et zeugma transisset exercitus, rapta subitis turbinibus hausit Eufrates. Et cum apud Nicephorum castra posuisset missi ab Orode legati denunciare percussorum cum Pompeio federum Sulla quoque meminisset. Regiis inhians ille thesauris nichil imaginario quidem iure, sed Seleucie se responsurum esse respondit. Itaque dii federum ultores nec insidiis nec virtuti hostium defuerunt. Iam primum qui solus et subvehere commeatus et munire poterat, relicto Eufrates dum simulato transfuge cuidam Mazare Siro creditur. Tum in mediam camporum vastitatem, eodem duce ductus exercitus undique hosti exponitur. Itaque vix dum venerat Carras, cum undique prefecti regis Silaces et Surenas ostendere signa auro sericisque vexillis vibrantia. Tum sine mora circumfusi undique equitatus in modum grandinis atque nimborum densa pariter tela fuderunt. Sic miserabili strage deleto exercitus ipse in colloquium sollicitatus signo dato vivus in hostium manus incidisset nisi tribunis reluctantibus fugam ducis barbari ferro occupassent. Sic quoque relatum caput ludi-

Orode

Mazara transfuga

Carras

Silaces Surenas

Mors crassi

bello hosti[...] filii prope in con-
spectu patris eisdem telis op-
uerunt reliquie infelicis exercitus
quo quemque rapuit fuga in Ar-
meniam Ciliciam Syriamque
distracte vix nuncium cladis re-
tulerunt. Caput eius recisu-
m dextra manu ad regem
reportatum ludibrio fuit. Nec
indigno. aurum enim liquidum
in rictum oris infusum est ut cu-
ius animus exarserat auri cupidita-
te, eius etiam mortuum et exangue
corpus auro ureretur. Anacephale-

Hec est illa tertia etas osis
populi romani transmari-
na qua italia progredi ausus
orbe toto arma circumtulit. Cuius
etatis superiores centum anni
sancti pii et ut diximus aurei sine
flagitio sine scelere. Dum sincera ad-
huc et innoxia pastorie illius
secte integritas. dum que penorum
hostium imminens metus disciplinam
veterem continebat. Posterio-
res centum quos a carthaginis co-
rinthi numancie que excidiis et
Attali regis asiatica hereditate
deduximus in cesarem et pompeium
secutum que hos de quo dicemus
Augustum. ut claritate rerum bel-
licarum magnifici ita domesti-
cis cladibus miseri et erubescen-
di. Quippe sicut Galliam. Tra-
ciam Ciliciam Capadociam
uberrimas validissimas que pro-

vincias Armenios et Britannos
ut non in usum ita ad imperii speciem ma-
gna quedam nomina acquisisse pulcrum ac
decorum. ita eodem tempore domi
domi cum civibus. sociis. mancipiis.
gladiatoribus toto que inter se sena-
tu turpe atque miserandum. Ac ne-
scio an satius fuerit populo Romano
Sicilia et Affrica contentum fuisse
aut his etiam ipsis carere dominanti in Ita-
lia sua quam eo magnitudinis crescere
ut viribus suis conficeretur. Que enim res
alia civiles furores peperit quam ni-
mia felicitas. Syria prima nos
victa corrupit. Mox asia pergame-
ni regis hereditas. Ille opes atque
divicie afflixere seculi mores.
mersam que viciis suis quasi sentina
rem publicam pessum dedere. Unde enim po-
pulus romanus a tribunis agros et cibaria
flagitaret nisi per famem quam luxu
fecerat. Hinc ergo Graccana et prima
et secunda et illa tertia Apuleiana se-
dicio. Unde iudiciariis legibus divulsus
sit a senatu eques nisi ex ava-
ricia. Ut vectigalia rei publi-
ce atque ipsa iudicia in questu haberen-
tur. Hinc rursus et promissa civitas
Latio et per hoc arma sociorum. Quid
autem bella servilia. Unde nobis nisi
ex abundancia familiarum. Unde
gladiatorum adversus dominos
suos exercitus nisi ad conciliandum
plebis favorem effusa largitio.
Cum spectaculis indulget supplicia
quondam hostium artem facit. Iam ut

Felicitas nimia

De seditionibus

[illegible] vita [illegible] Nunc
ambitus honorum ab eisdem divi
tiis incitatus Hinc mariana hinc
sillana tempestas · aut magnifi
cus apparatus conviviorum et sumptu
osa largitio non ab opulentia
paritura mox egestatem Hec ca
tilinam patrie sue impegit · Denique
illa ipsa principatus et dominandi cupi
do unde nisi ex nimiis opibus venit
Hinc et cesarem atque pompeium
furialibus in exitium rei publice fa
cibus armavit Hos igitur p· r·
omnes domesticos motus separatos ab
externis iustisque bellis ex ordine
persequimur De legibus graccanis

Seditionum omnium causas
tribunitia potestas excitavit
que specie quidem plebis tuende cu
ius in auxilium comparata est re autem
dominationem sibi acquirens studium
populi ad favorem agrariis frumen
tariis, iudiciariis legibus aucupa
batur Inerat omnibus species equitatis
Quid tam iustum enim quam recipere plebem
ius suum a patribus · ne populus gen
tium victor orbisque possessor extorris
aris ac focis ageret Quid tam equum
quam inopem populum vivere ex erario
suo? Quid ad ius libertatis equande
magis efficax quam ut senatu regente
provincias ordinis equestris auc
toritas saltem iudiciorum regno

extorris

niteretur Sed hec ipsa in perniciem
vendebant, et ipsa res p· i exiti
um sui merces erat · et a senatu
in equitem translata iudiciorum
potestas vectigalia · et imperii patri
monium supprimebat · et emptio
frumenti ipsos r· p· nervos ex
hauriebat erarium · reduci plebs
in agros unde poterat sine possi
dentium eversione qui ipsi pars populi
erant? et tamen relictas sibi a maio-
ribus sedes etate quasi iure possi
debant Seditio tiberii gracchi

Primam certaminum facem Gracchus
accendit · Tiberius forma eloquen
tia facile princeps · sed hic sive ma
ncinae deditionis quam sponsor fe
cerat fuerat, contagium timens
et inde popularis, sive equo et bono
ductus quia depulsam agris suis
plebem miseratus est · populum r·
gentium victorem, orbisque posses
sorem, laribus ac focis suis exu
[vel solamen rom.]
lari Et quamquam inde rem ausus
ingentem, Postquam rogationis die
aderat ingenti stipatus agmine,
rostra conscendit Nec deerat ob-
viam manu tota inde nobilitas et tri
buni in partibus · sed ubi interceden
tem legibus suis octavium vi
det Gracchus contra fas collegii
ius potestatis iniecta manu de
pulit rostris · adeoque presenti
metu mortis exterruit, ut abdi
care se magistratu cogeretur Sic

[illegible]
cum ad perpetuandam cepta die
comitiorum prorogari sibi vellet
imperium obvia nobilium manu
eorumque quos agris moverat cedes
a foro cepit. Inde cum in capitolium
profugisset, plebemque ad defen-
sionem salutis sue manu caput
tangens hortaretur prebuit speciem
regnum sibi et diadema poscen-
tis. atque ita duce Scipione
Nasica concitato in arma populo quasi
iure oppressus est.

Sedicio Gaii Gracchi

Statim et mortis et le-
gum fratris sui vindex non
minore impetu incaluit G.
Gracchus qui cum pari tumultu
atque terrore plebem in avitos
agros arcesseret, et recentem
Attali hereditatem in alimenta
populo polliceretur, iamque ni-
mius et potens altero tribunatu secunda
plebe volitaret, abrogare
ausum legibus suis Minutio tri-
buno fretus comitum manu fa-
tale familie sue capitolium
invasit. Inde proximorum cede de-
pulsus, cum se in aventinum
recepisset, inde quoque obvia se-
natus manu ab Opimio con-
sule oppressus est, insultatum quoque
mortis reliquiis et illud sacro-
sanctum caput tribuni plebis percusso-
ribus auro pensatum est.

Sedicio apuleiana

Nihilominus
Apuleius Saturninus Gracchanas
asserere leges non desiit, tantum animorum
viro Marius dabat, qui nobilitati
semper inimicus, consulatu suo preterea
confisus, occiso palam comitiis An-
nio competitore tribunatus, surro-
gare conatus est in eius locum G. Gracchum
hominem sine tribu, sine nomine, sed sub-
to titulo in familiam ipse se adopta-
bat. Cum tot tantisque ludibriis ex-
ultaret impune rogandis Grachorum
legibus ita vehementer incubuit
ut senatum quoque cogeret in verba iurare
cum abnuentibus aqua et igni interdicturum (metellus)
se minaretur. Unus tamen extitit qui
mallet exilium. Igitur post Metelli
fugam omni nobilitate perculsa, iam
cum tercium annum dominaretur, eo vesanie
progressus est, ut consularia quoque co-
mitia nova cede turbaret. Quippe
ut satellitem furoris sui Glauciam
consulem faceret, C. Memmium com-
petitorem interfici iussit, et in eo tumultu
regem ex satellitibus suis appellatum
letus accepit. Tum vero iam conspira-
tione senatus, ipso quoque iam Mario
consule, quia tueri non poterat,
adversus directa acies, expulsus in
capitolium invasit. Sed cum abruptis
fistulis obsideretur, senatuique per lega-
tos penitentie fidem faceret ab arce
degressus, cum ducibus factionis
receptus in curiam est. Ibi eum facta
irruptione populus fustibus saxisque
coopertum in ipsa quoque morte la-

Drusiana seditio

Postremo livius drusus non tri
bunatus modo viribus, sed ipsius
senatus autoritate, totiusque Ita
lie consensu, easdem leges asserere
conatus, dum aliud captat ex alio,
tantum conflavit incendium, ut ne
prima illius flama posset sustineri,
Et subita morte correptus he
ditarium in posteros suos bellum
propagaret iudiciaria lege. G. Gra
chi diviserant populum romanum et bicipi
tem ex una fecerant civitatem. Equi
tes romani tanta potestate subni
xi ut qui fata fortunasque principum
haberent in manu interceptis vectiga
libus peculabant suo iure rem
publicam. Senatus exilio Metelli
dampnatione Rutilii debilitatus, omne
decus maiestatis amiserat. In
hiis statu rerum pares opibus, animis, di
gnitate. Unde et nata livio druso
emulatio accesserat equiti Ser
vilius cepio, senatui livius drusus
asserere, signa et aquile et vexilla
aderant. Ceterum sic urbe in una
quasi in binis castris dissidebatur. Prior
cepio in senatum impetu facto reos am
bitus, scaurum et philippum principes
nobilitatis elegit. hic ut motibus
resisteret drusus, plebem ad se gra
chanis legibus, eisdem socios ad
plebem spe civitatis erexit.
Extat vox ipsius nichil se ad lar
gitione ulli reliquisse, nisi si quis
aut cenum dividere vellet, aut ce
lum. Et aderat promulgandi dies
cum subito tanta vis hominum un
dique apparuit ut hostium adventu
obsessa civitas videretur. Ausus
tamen obrogare de legibus consul
philippus, sed apprehensum faucibus vi
ator non ante dimisit quam sanguis
et in ora et in oculos redundaret
Sic per vim late eius cum leges. Sed
pretium rogationis statim socius fla
gitare, cum interim imparem dru
sum egrumque rerum temere mota
rum matura ut in tali discrimine
mors abstulit. Nec inmo minus
socii promissa drusi a populo
romano reposcere armis desierunt.

Bellum adversus socios gestum

Sociale bellum vocetur licet ut exte
nuemus invidiam, si verum tamen
volumus, illud civile bellum fuit
Quippe cum populus romanus Etruscos
latinos, Sabinosque miscuerit
et unum ex omnibus sanguinem est du
cat, corpus fecit ex membris, et
ex omnibus unus est. nec minori
flagitio intra Italiam quam intra
urbem cives rebellabant. Itaque
cum ius civitatis quam viri
bus auxerant, socii iustissime po
stularent, ad quam spem eos cupi
dine dominationis drusus erexerat
postquam ille domestico scelere oppressus

Peculabant

Servilius cepio

Vox Drusi

est, eadem fax que illum cremavit, socios in arma et in expugnatione urbis accendit. Quo hac clade tristius quid calamitosius cum omne latium atque picenum Etruria omnis atque campania postremo Ytalia contra matrem ac parentem suam urbem consurgeret; cum omne robur fortissimorum fidelissimorumque sociorum sub suis quisque signis haberent municipalia illa prodigia, popedius marsos et latinos, afranius umbros, totus senatus et consules, Samnium, lucaniam que telesinus, cum regum et gentium arbiter populus ipsum se regere non posset, ut victrix asie Europe que a Corfinio Roma peteretur. Primum fuit belli in albano monte consilium, ut festo die latinorum Iulius cesar (pater cesaris magni) et Marcius philippus consules inter sacra et aras immolarentur. Postquam id nefas proditione (id est manifestatione) discussum est Esculo furor omnis erupit In ipsa quidem ludorum frequentia trucidatis qui tunc aderant ab urbe legatis. hoc fuit impii belli sacramentum Inde iam passim ab omni parte Ytalie duce et auctore belli discursante Popedio diversa per populos et urbes sig[illegible] Nec hanibalis nec pirrhi fuit tanta vastatio ecce ocriculum ecce grumentum. ecce fesule. ecce

Popedius

Esculo

ecce ocriculum

carseoli. reate. nuceria et picentia cedibus ferro et igne vastantur. fusus rutilius copie fusus cepionis. Nam ipse Iulius Cesar exercitu amisso, cum in urbem cruentus refertur, miserabili funere mediam in urbem per viam fecit. Sed magna populi romani fortuna, et semper in malis maior totis de suo viribus insurrexit. Aggressique singulos populos Cato discutit etruscos, Gabinius Marsos, Carbo lucanos, Silla Sanmites. Strabo vero (magnus pompeius pater) Pompeius omnia flammis ferroque populatus non prius finem cedium quam Esculi eversione manibus tot exercituum consulum direptarumque urbium dis litaret.

Fortuna Roma

Esculi excidio

Bellum servile

Quamquam et cum sociis nefas cum liberis tamen et ingenuis dimicatum est quis equo animo ferat in principe gentium populo bella servorum et primum servile bellum inter initia urbis herdonio duce Sabino in ipsa urbe temptatum est, cum occupata tribunicia seditionibus civitate capitolium obsessum est et a consule receptum. Sed hic tumultus magis fuit quam bellum. Mox imperio per diversa terrarum occupato, quis crederet Ytalia multo cruentius servili quam punico bello esse vastatam. Terra frugum ferax et quodammodo suburbana provincia latifundiis civium latinorum tenebatur. Hic ad cultum agri frequenti

Herdonio

De Ytalia

ta ergastula catenati qz cultores cau
bello prebuerunt. Sirus quidam nomine
Eunus magnitudo cladium facit ut me
minerimus fanatico furore simulato. Du
Syrie dee comas iactat ad libertatem
et arma servos quasi numinum imperio con
citavit. Id qz divinitus fieri probaret, in
ore abdita nuce quam sulphure et igni
stipaverat, leniter inspirans flammam
inter verba fundebat. Hoc miraculum primum
duo milia ex obviis, mox iure belli
refractis ergastulis lx amplius
fecit exercitum. Regiisque nequid mali
deesset decoratus insignibus, castel
la, oppida, vicos miserabili direptione
vastavit. Illud quoque in ultimum belli
dedecus capta sunt castra pretorum. nec
nominare ipsos pudebit. castra Man
lii, Lentuli, Pisonis, Hypsei. Ita
qz qui per fugitivarios distrahi de
buissent, pretorios duces profugos pre
lio ipsi sequebantur. Tandem perpe
na imperatore supplicium de eis sum
ptum est. hic eis victos et apud Hen
nam obsessos, cum fame quasi pestilen
tia consumpsisset, reliquias latronum
compedibus catenisque religavit
crucibusque punivit. fuit quoque de servis
ovatione contentus, ne dignitatem
triumphi servili inscriptione violaret.
Vix dum respiraverat insula cum
statim servili a Syro redit ad Cy
licem. Athenio pastor interfecto domino
familiam ergastulo liberatam sub

signis ordinat. Ipse veste pur
purea argenteoque baculo, et
regium in morem fronte redi
mita, non minorem quam ille fana
ticus prior conflat exercitum
acrius quoque multo quasi et illum vin
dicaret, vicos, oppida, castel
la diripiens, in dominos in ser
vos infestius quasi in transfugas
seviebat. Ab hoc quoque pretoris
exercitus castra capta, Servilii castra
capta, Luculli. Sed Aquilius
perpenne usus exemplo interclusum ho
stem commeatibus ad extrema com
pulit. Communitasque copi
as armis fame facile dele
vissent se nisi suppliciorum
metu voluntariam mortem
pretulissent. Aenede duce quidem
supplicium exigi potuit quamvis in
manus venerit. Namque dum circa
ad deprendendum multitudo con
tendit, inter rixantium manus
preda lacerata est. Bellum spartacum
Quom ii Servilium tum
armorum dedecus feras. na
et ipsi per fortunam in omnia obnoxii
tamen quasi secundum hominum genus sunt. et
in bona libertatis nostre adopta
tur. Bellum spartaco duce con
citatum quo nomine appellem
nescio. Namque cum servi mi
litaverint gladiatores impera
verint. Illi infime sortis homines
hi pessima auxere ludibrio

Eunus

fugitivarios

Athenio

Aquilius

calamitatis Spartacus Crixus
Oenomaus effracto Lentuli lu-
do cum triginta aut amplius e-
iusdem fortune viris erupere Ca-
pua. Servis quoque ad vexillum et ad
auxilium vocatis cum statim x
amplius milia coissent homines
non modo effugisse contenti
iam vindicari volebant. Pri-
ma velut ara viris mons
Vesuvius placuit. Ibi cum obsi-
derentur a Clodio Glabro per fau-
ces cavi montis vitineis dela-
psi vinculis ad imas eius de-
scendere radices et exitu in viso
nichil tale opinantis ducis subito
impetu castra rapuerunt. Inde alia
castra demum Thorani tota cursu
pervagantur Campaniam. Nec villarum
atque vicorum vastatione conten-
ti Nolam atque Nuceriam, Thurios
atque Metapontum terribili strage
populantur affluentibus in dies
copiis. Cum esset iusta exercitus
e viminibus pecudumque tegumen-
tis inconditos sibi clipeos et
ferro ergastulorum recocto gla-
dios ac tela fecerunt. Ac ne quid
decus iusto deesset exercitui do-
mitis obviis gregibus paratur
equitatus captaque de pretoribus in-
signia et fasces ad ducem
detulere. Nec abnuit ille de

stipendiario trace miles de mili-
te desertor inde latro dein in hono-
re virium gladiator qui defuncto-
rum quoque prelio ducum funera imperatoriis
celebravit exequiis captivosque quoque
circa rogum iussit armis depugnare
quasi plane expiaturus omne preteritum de-
decus si de gladiatore munerator fu-
isset. Inde iam consulares quoque aggres-
sus in Appennino Lentuli exercitum
percudit. Apud Mutinam Gaium Cas-
sium castra delevit. Quibus elatus victo-
riis de invadenda urbe Romana
quod satis est turpitudinis nostre deli-
beravit. Tandem etiam totis viribus
contra mirmillonem consurgitur pudore
quoque Romani. Licinius Crassus affuit. Crassus
A quo pulsi fugatique pudere dece
hostes in extrema Italie refugiunt. Ibi
circa Britium angulum clausi cum fugam
in Siciliam pararent namque navigia
supperterent rates quoque ex cratibus et
dolia connexa virgultis in rapi-
dissimo freto frustra experirentur
tandem eruptione facta digna vi-
ris obiere morte. Et quod sub gla-
diatore duce oportuit sine missi-
one pugnatum est. Spartacus ipse
in primo agmine fortissime di-
micans quasi imperator occisus est.

Bellum civile Marii

Hec deerat
homini populi Romani mal-
lum ut ipse intra se parricidale bel-

sum domi stingeret et in urbe media
ac foro quasi harena cives cum civibus
suis cum gladiatorio more concurrerent
equiore animo utcumque ferre si plebei
duces aut si nobiles malis sal-
tem ducatum sceleri prebuissent. Cum
vero pro facinus qui viri, qui impera-
tores decora et ornamenta seculi
sui, Marius et Silla pessimo facino-
ri suam et dignitatem prebuerunt. tri-
bus, ut sic dixerim, sideribus agitatum
est primo levi et modico tumultu
maiore quam bello inter ipsos armo-
rum duces, subsistente sevitia, mox
atrocius et cruentius per totius visce-
ra senatus grassante victoria,
ultimum non civitatem modo sed hosti-
lem quoque rabiem supergressum. Et
Cum armorum furor totius Italie
urbibus infertur, constitit odium sevi-
entibus, donec deessent qui occide-
rent. Initium et causa belli inexple-
bilis honorum Marii fames. Dum
decreta Sille provinciam Sulpi-
cia lege solicitat. Sed impatiens
iniurie statim Silla legiones
circumegit, dilato quam Mitridate,
esquilina colina quam porta geminum
agmen urbi infundit. Unde cum consul-
to Sulpicius et Albinovanus obiecis-
sent catervas, sudes et saxa undique
ac membra ac tela iacerent, ipse quoque
iaculatus incendio viam fecit. Ar-
cem quoque capitolii que penos quoque

Gallos etiam Senones evaserat quasi
captivam victor insedit. Cum ex con-
sulto senatus adversarii hostibus iu-
dicatis in presentem tribunum, aliosque
diverse factionis iure sevitum est. Ma-
rium similis fuga exemit, immo for-
tuna alteri bello reservavit. Cor-
nelio Cinna, Gneo Octavio con-
sulibus, male obrutum resurrexit
incendium. Et quidem ab ipsorum dis-
cordia cum de revocandis quos se-
natus hostes iudicaverat, ad populum
referretur, armata quidem gladiis
contione. Sed vincentibus quibus
pax et quies potior, profugus pa-
tria sua Cinna confugit ad par-
tes. Redit ab Africa Marius,
clade maior. siquidem carcer
catene fuga exilium horrifica-
verant dignitatem. Itaque ad
nomen tanti viri late concur-
ritur. Servicia pro nefas et ergastula
armantur et facile invenit
exercitum miser imperator. Itaque in
patriam repetens unde vi fue-
rat expulsus, poterat videri
iure agere, nisi causam suam sevi-
tia corrumperet. Sed cum diis ho-
minibus quam infestus rediret, statim
primo impetu cliens et alumna
urbis Ostia, nefanda strage di-
ripitur. Mox in urbem quadruplici
agmine intrat. Divise copias
Cinna Marius Carbo Serto-
rius. Hic postquam manus Octavii omnis
depulsa Ianiculo est, statim ad
principum cedem signo dato, ali-

Alii consules

Ostia

Sulpicius

[...] in pinna ant[e] [...]
tibrita urbe [...] Octavii con-
sulis caput pro rostris exponitur.
Antonii consularis in Marii ipsius
mensis. Cesar et fimbria in pena-
tibus domorum suarum trucidantur.
Crassi pater et filius in mutuo
alter alterius aspectu perempti atque
inimicorum per medium forum unci
trahere carnificum. Catullus se
ignis haustu ludibrio hostium
exemit. Merula flamen dialis
in capitolio Iovis ipsius oculos
venarum cruore respersit. Ancha-
rius ipso vidente Mario confossus
quia fatalem illam sibi manum non
porrexerat salutanti. Hec tot se-
natus funera intra kalendas et idus
Ianuarii mensis, septima illa
Marii purpura dedit. quod solum
fuit sibi annum consularis implesse.
Scipione Norbano quinto consule
tunc ille turbo civilis infame
toto furore detonuit. Quippe cum
hinc octo legiones, in quingentis
cohortes starent in armis, inde
ab asia cum exercitu Silla properaret
et sane cum tam ferus in Sillanos
Marius fuisset, consita sententia opus
erat ut Silla de Mario vindi-
caret. Primum apud Capuam
sub amne Vulturno signa contule-
runt et statim Norbanus fusus ex-
ercitus statim omnes Scipionis copie sollici-
tata spe pacis cessisse. Tunc Marius
iuvenis et Carbo consules quasi de-
sperata victoria, ne inulti perirent, in
antecessum sanguine senatus sibi pa-
rentabant. obsessa quoque curia sic de se-
natu quasi de carcere qui iugularen-
tur educti. Quod funere in foro, in
circo, in patentibus templis. Mar-
cus Mucius Scevola pontifex ve-
stales amplexus aras, tunc non eo-
dem igne sepelitur. Lamponius atque
Telesinus Samnitum duces, altius ex
Pirrho et Hanibale Campaniam
Etruriamque populantur, et sub spe-
cie partium se vindicant. Apud Sacriportum
Collinamque portam debellate omnes
hostium copie. ibi Marius, hic Te-
lesinus oppressi. Non idem tamen cedium qui
bello finis fuit. Securi enim et in pace
gladii. desevitum quoque in eos qui se
sponte dediderant. minus est quod apud
Sacriportum apud Collinam portam
lxx amplius milia Silla condit
bellum erat. Quatuor milia de-
ditorum inermium civium in villa
publica interfici iussit. Isti tot in pace
non plures sunt x Cuius at illos potest
computare quos in urbe passim
quisquis voluit occidit. Donec admo-
nente Fursidio vivere aliquos de-
bere ut essent quibus imperaret.
Proposita est illa ingens tabula

Mor[...] viri et alio[rum] nobilium

Alii consules

Vulturnus

Anticessu

Mutio sce:

Fursidio

de ipso equestri ordinis flore ac senatu duo milia electi qui mori iuberentur. Quis ferat hec? Pigit post hec referre ludibrio habita fata Carbonis, fata Soranii, Pretorios atque Venuleios, Bebium sine ferro ritu ferarum inter manus lacerantium, Marium ducis ipsius fratrem apud Catulli sepulcrum oculis effossis, manibus cruribusque defossis servatum aliquamdiu ut per singula membra moreretur. Ut possis singulorum hominum ferre penas, municipia Italie splendidissima sub hasta venierunt: Spoletum, Interamnium, Preneste, Florentia. Nam Sulmonem vetus opidum socium atque amicum, facinus indignum, nondum expugnatum, ut obsides iure belli et modo morte damnati duci iubentur, sic damnatam civitatem iussit Sulla deleri.

Bellum Sertorianum

Bellum Sertorianum quid aliud quam Sullane proscriptionis hereditas fuit? Hostile potius an civile dixerim nescio, quippe quod Lusitani Celtiberique Romano gesserint duce. Exul et profugus feralis illius tabule vir summe quidem sed calamitose virtutis malis suis maria terrasque permiscuit, et iam Africe, iam Balearibus insulis fortunam expertus, missus usque in Oceanum Fortunatasque insulas penetravit. Tandem Hispaniam armavit. Viro cum viro facile convenit. Nec alias magis apparuit Hispani militis vigor quam Romano duce. Quamquam ille non contentus Hispania ad Mitridatem quoque Ponticosque respexit regemque classe iuvit. Et quid futurum fuit satis tanto hosti, cui uno imperatore resistere res Romana non potuit? Addita Metello Gneus Pompeius. Hi copias viri diu et semper ancipiti acie attrivere, nec tamen prius bello quam suorum scelere et insidiis extinctus. Copias eius prope tota Hispania persecuti diu et ancipiti semper acie domaverunt. Prima per legatos certamina, cum hinc Domitius et Thorius, inde Hirtulei preluderent. Mox his apud Segoviam, illis apud Anam flumen oppressis, ipsi duces comminus invicem experti apud Lauronem atque Sucronem equavere clades. Tum illis ad populationem agrorum, his ad urbium excidia conversis, misera inter Romanos duces Hispania discordie penas dabat, donec oppresso domestica fraude Sertorio, victo deditoque Perpena, ipse quoque in Romanam fidem venere urbes: Osca, Termestudia, Valentia, Auxuma, et in fame nihil non experta Calagurris. Sic recepta in pacem Hispania victores duces

Valentia

exitum ad magis quam ciuile bellum
uidi voluerint, ut triumpharet.

Lepido Quinto **Bellum ciuile sub Lepido**
Catullo consulibus ciuile bellum pene
tantum oppressum est quam incepit. Sed
tamen late quam fax illa motus, ab
ipso Sille rogo exarsit. Cupi
dus namque nouarum per insolenti
am Lepidus acta (Sille) tantummodo rescin
dere parabat nec inmerito si tamen pos
set sine magna clade r. p. Nam cum
iure belli Silla dictator
proscripsisset inimicos, qui superant
tenotante Lepido quid aliud quam
ad bellum vocabantur. Cumque
dampnatorum ciuium bona addi
cente Silla, quamuis male capta,
iure tamen repetitio eorum pacis
diu labefactabat compositam
ciuitatem. Expediebat ergo quasi
egre sanate quam r. p. requiescere
quomodocumque ne uulnera cura
tione ipsa rescinderentur. Ergo
cum turbidis concionibus uelut
classico ciuitatem terruisset, pro
fectus in Etruria arma in et
exercitum urbi admouerat. Sed
iam Miluium pontem collemque
cum electa manu profectus et Has
drubalem circumvenerat. Res
preterea feliciter a P. Scipio
ne in Hispania et a P. Sulpi
cio pretore adversus Philippum
et Achaeos continet. Ex libro xx
viij°
Res in Hispania prospere
geste a Sillano Scipionis
legato et ab L. Scipione fratre
adversus Penos et a P. Sulpicio
proconsule Attalo rege Asie adver
sus Philippum regem Macedo
num pro Etholis referuntur. Cum
M. Livio et L. Neroni consulibus
triumphus decretus esset, Livius qui
in provincia sua rem gesserat
quadrigis invectus est. Nero
qui in collegae provinciam ut vic
toriam eius adiuvaret equo
secutus est. Et in hoc habitu
plus glorie reverentieque habuit.
Nam et plus in bello quam collega
fecerat. Ignis in ede Veste ne
gligentia virginis que non

mysio dicebat · ex timetur · e · cesa
est flagro · P · Scipio in
hispania cum penis bellauit
xiiii anno eius belli, quinto
post anno quam ierat · pulsis que
in totum possessione eius ho-
stibus, hispaniam recepit · et a
Characone in africam ad
Sifacem regem Massiliorum
transuectus, fedus iunxit, has
drubal Gisgonis ibi cum eo
in eodem lecto cenauit Mu
nus gladiatorum in honorem
patris patrui que Carthagini
none dedit, non ex gladia
toribus, sed ex his qui aut in
honorem ducis, aut ex pro
desperatione uocatione descendebant In quo
reguli fratres de regno ferro
contendiunt Cum Gisia urbs
oppugnaretur oppidani liberos et
coniuges rogo extructo occiderunt
Et se insuper precipitauerunt · Ipse
Scipio dum graui morbo implica
tus est seditionem in parte ex
ercitus motam confirmatus discussit
Rebellantes que hispanie po
pulos coegit in deditionem ue
nire Et amicicia facta cum mas
sinissa rege numidarum qui illi
auxilium si in africam traiecisset
pollicebatur Gaditanis quoque
post discessum inde Magonis cum
cartagine scriptum erat ut in Ita

liam traiceret · Roma ceterisque consul que
creatus africam prouinciam petenti, con
tradicente que fabio maximo, Sicilia da
ta est · permissum que ut in africam traiceret
si de re p. esse censeret · Mago amil
caris filius, a minore baleari in
sula ubi hiemauerat in Italiam tra
iecit Ex libro xxix°

Ex Sicilia C. Celius in africa
a Scipione missus ingentem predam
reportauit · et mandata massinisse
Scipioni exposuit querentis quod no
dum exercitum in africam traiecisset /
Bellum in hispania finitum uictore ro
mano quod Indibilis excitauerat ipse
in acie occisus, Mandonius ex po
scentibus romanis a suis deditus
Magonis qui in galliam in ligu
ribus erat ex africa et militum am
pla manus missa et pecunie quibus
auxilia doceret preceptum que ut se
hanibali coniungeret Scipio a sira
cusis in Bruttios traiecit · et locros
pulso punico presidio fugato que ha
nibale recepit Pax cum philippo
facta est · Mater ydea deportata est
romam a pesinunte oppido frigie
carmine in libris sibillinis inuen
to pelli Italia alienigenam ho
stem posse, si Mater ydea deporta
ta romam esset Tradita est
autem romanis per atalum regem
Asie · lapis erat quem x matrem
deum incole dicebant · Excepit
P. Scipio nasica gnei filius Sci. nasica

cius qui in hispania perierat. Vir
optimus a senatu iudicatus adulescens
nondũ questorius. qm ita x respon
sũ iubebat, ut id numē ab opti
mo viro exciperetur consecraretque
Locrenses legatos Romā mi
serunt qui de impudentia P. Plemi
nii legati quererentur qui pecu
niam Proserpine sustulerat et li
beros eorum ac coniuges stupraverat
In cathenis Romā ductus in car
cere est mortuus. Cum falsus
rumor de P. Scipione procons.
qui in Italia erat in urbem
plata esset, tamquam is luxuri
aretur, missis ob hoc legatis a
senatu qui explorarent an ea
vera essent, purgatus infamia
Scipio in Africam permissu senatus
traiecit. Siphax accepta in ma
trimoniũ filia Hasdrubalis gis
gonis amicitiam quã cum Sci
pione iunxerat renunciavit. Et Mas
sinissa rex Massilorũ dum pro
Cartaginensibus in hispania mi
litat amisso patre Gala de re
gno excidit quod per bellũ sepe
repetito aliquot preliis a Siface
rege Numidarũ victus in totũ
privatus est. Et cum CC equitibus
exul Scipioni se iunxit. Et cũ
eo primo statim bello Hannonem

Amilcaris filiũ cum ampla manu
occidit. Scipio adventu Hasdru
balis et Sifacis qui prope cum
centũ milibus armatorũ ve
nerat ab obsidione Utice
depulsus hiberna communit.
Sempronius cons. in agro Cro
toniensi prospere adversus Hanniba
lem pugnavit. Inter censores M.
Liviũ et C. Neronē notabilis
discordia fuit. Nam et C. col
lege equũ ademit quod a po
pulo dampnatus actus in exilium
fuerat. Et Livius Claudio quod
falsũ in se testimoniũ dixis
set et quod non bona fide secum
in gratiam redisset. Idem
omnes tribus excepta una erarias
reliquit, quod et innocentem se
dampnassent et postea consu
lem censoremque fecissent
Lustrũ a censoribus conditũ
censa sunt civiũ capita cc
xiiii. Ex libro xxx°

In Africa Cartaginenses
et eundem Sifacem Nu
midie regem Hasdrubalem
qz pluribus pliis vicit ad
iuvante Massinissa. bina
hostiũ castra expugnavit
In quibus xl hominũ ferro
igneque consupta sunt. Si
facem per C. Leliũ et Massinis
sam cepit. Massinissa So
phonisbam uxorem Sifacis

lustrũ

filiam hasdrubalis capta statim
adamauit · et nuptiis factis
uxorem habuit Castigatus a
Scipione venenum ei misit
quo illa hausto decessit Effe
ctum multum Scipionis victoriis
ut Cartaginienses in despe
ratione acti, in auxilium publice
salutis hanibalem evocarent
Is ergo anno xvi Italia de
cedens in africam traiecit ten
tauit ergo per colloquium pacem
cum Scipione componere, et cum
de conditionibus pacis non conue
nisset, acie victus est Pax Carta
giniensibus petentibus data est
hanibal gisgone pacem dis
suadente manu sua deiecit ·
excusata deinde temeritate fa
cti ipse pacem suasit · Massinisse re
gnum restitutum est Reversus in ur
bem Scipio, amplissimum nobi
lissimumque egit triumphum quem
Q. terentius culleo senator pillea
tus secutus est Scipio africanus
an militari fauore primo
an populari aura ita cognominatus
sit, primus certe hic imperator victe
nomine a se gentis nobilitatus
est · Mago bello qui in agro
insubrum cum romanis conflixerat
vulneratus dum in africam per lega
tos reuocatus reuehitur · ex vulnere
mortuus est Ex libro xxxi°

Belli aduersus philippum Macedo
nie regem, quod intermissum erat
repetiti causae, referuntur · hoc tem
pore initiorum duo iuvenes acarna
nes qui non erant initiati athe
nas venerunt, et in sacrarium cereris
cum aliis popularibus suis intrauerunt.
Ob hoc tamquam summum nefas commis
sent, ab atheniensibus occisi sunt ·
Acarnanes mortibus suorum commoti,
ad vindicandos illos auxilia a phi
lippo petierunt · et athenas oppugna
uerunt Athenienses auxilium a ro
manis petierunt Post pacem carta
giniensibus datam quadringentesimo
anno ab urbe condita paucis
mensibus porta Iani clausa a
perta est autem anno quingentesimo
quinto, cum atheniensium qui a phi
lippo obsidebantur, legati auxilium
a senatu petissent et id senatus
ferendum censuisset, plebe quia tot bel
lorum continuus labor grauis erat
dissentiente tenuit autoritas pa
trum, ut socie ciuitati et ferre quoque
opem populus iuberet Id bellum per
sulpitio consuli mandatum est qui ex
ercitum in Macedoniam duxit, equestribus
plus prosperis cum philippo pugnauit
Abideni a philippo obsessi, ad exemplum
saguntinorum, suos se quoque occiderunt
L. furius pretor Gallos insubres
rebellantes et amilcarem penum

bellu in ea parte moliente, ac-
uit Amilcar eo bello occisus e. 7
milia hom xxxvi. pterea expedi
tiones philippi regis. 7 sulpicii 9s
expugnationes q3 urbium ab utroq3
factas continet. Sulpicius consul
bellu gerebat adiuvantibus rege Ata
lo 7 rhodiis Triumphavit de
gallis l. furius pretor Ex libro xx

Compla prodigia xiio
Que diversis regionibus nunciata
referuntur. inter que in Macedonia in
puppe longe navis laurea esse
nata. T. quintius flaminius consul
adversus philippum feliciter pugnavit in
faucibus epiri. fugatum q3 coegit in
regnum reverti. Ipse thesaliam que
est vicina Macedonie sociis Etho
lis 7 athamanibus vexavit. l. quintius
flaminius fr. cons navali prelio
Atalo rege 7 rhodiis adiuvantibus
Euboeam 7 maritima oram Athenis
amicicia recepti sunt pretorum numerus
ampliatus e. ut seni crearentur Co
niuracio servorum facta de solvendis
Cartaginiensium obsidibus oppressa
e. duo milia necati Cornelius
cetegus cons Gallos insubres p
lio fudit Cu lacedemoniis et ti
ranno eorum nabide amicicia
iuncta est. pretea expugnationes ur
bium in macedonia referuntur
T. quintius fla Ex libro xxxiii
minius pro cons cum philippo

ad cynoscefalas in Thesalia
acie victo debellavit l. quintius
flaminius ille fr. a carnanas
leucade urbe, q̃ capta est a car
nanis expugnata in deditionem acce
pit pax petenti philippo grecia
liberata, data e. Atalus ab the
bis ob subitam valitudinem pergamum
translatus decessit G. sem
pronius tuditanus pretor ab celti
beris cum exercitu cesus e. l. fu
rius purpureo 7 cl. mar
cellus cons boios 7 insubres
Gallos subegerunt Marcellus
triumphavit Hanibal frustra
in africa bellum molitus, 7 ob
hoc romanis per epistolas adver
se factionis principibus delata ppter
metum romanorum qui legatos
ad senatum cartaginiensium de
eo miserat, profugus ad anti
ochum sirie regem se contulit
Bellum adversus romanos parantem
l. Ex oppia Ex libro xxxiiii
Quam G. oppius tr. pl. bel
lo punico de fingendis matro
narum cultibus tulerat, cum magna
contencione abrogata e. cum
porcius cato auctor fuisset ne
ea lex aboleretur In hispaniam
a3 profectus bello quod emporiis
orsus e. citeriorem hispaniam
placavit T. quintius flaminius
bellum adversus lacedemonios
7 tirannum eorum nabidem

prospere gestum data his parte q
lem ipse uolebat liberatos ex
argis qui subditione tira
ni erant fuit Res postea in
hispania et adiutus barbaros et in
subres Gallos felicitate gesta
referuntur Senatus tunc primum se
cretus a populo ludos spectauit ut
fieret sextus elius petus et lu
cius cornelius cethegus censo
res mulcebant cum indigna
tione plebis colonie plures de
ducte sunt M portius Cato
de hispania triumphauit T
quintius flamminius qui philippum
macedonum regem et nabidem
lacedemoniorum tirannum vi
cerat greciam quoque omnem liberauit
ob hanc rerum statum multitudine
triduo triumphauit legati car
taginiensium nunciauerunt han
balem qui ad anthiocum con
fugerat bellum cum eo moliri et
enciauit cum hanibal ex aristo
nem tirum sine litteris carta
ginem missum ad bellandum pe
nos concitare P Scipio afri
canus legatus ad anthiocum mis
sus ephesi cum hanibale qui se
anthioco iunxerat collocutus est
ut si fieri posset metum ei quem
ex populo romano conceperat eximeret Inter
alia cum quereret quem fuisse
maximum imperatorem hanibal
crederet respondit alexan
drum macedonum regem quod parua ma
nu innumerabiles exercitus fudisset quodque ultimas
oras quas visere supra spem humanam
esset peragrasset Querenti deinde quem
secundum poneret pirrhum inquit castra me
tari primum docuisse Ad hoc neminem
neque loca elegantius cepisse presidia
disposuisse. Exquirenti quem tercium diceret
semetipsum dixit Ridens Scipio
quidnam tu diceres si me vicisses et
vero inquit et ante alexandrum et ante
pirrhum atque alios posuissem

Ex libro xxxv

INter alia prodigia
que plurima fuisse traduntur
bouem gn domicii consulis locutam roma
caue tibi Refertur nabis lacede
moniorum tirannus incitatus ab etho
lis qui et philippum et anthiocum ad
inferendum bellum populo romano sollicitabat a po
pulo romano descivisse et bello aduersus
philopomenem acheorum pretorem ge
sto ab etholis interfectus est Etho
li quoque ab amicitia populi romani de
fecerunt cum societate iuncta Anthiocus
Sirie rex bellum grecie intulisset
complures urbes occupauit Inter quas
chalchidem et totam euboeam Res pre
terea in liguribus gestas et apparatum
belli ab anthioco continet

Ex libro xxxvi

ACilius glabrio consul
Anthiocum ad termophilas philip
po rege adiuuante uictum grecia
expulit idemque etholos subegit

P. Cornelius Scipio nasica cons
edem matris deum quam ipse in pala
tium intulerat, vir optimus a senatu
iudicatus dedicavit. Idem Boios Gal
los victos in deditionem accepit. De
his triumphavit. Preterea navalia
certamina prospera adversus prefectos An
thiochi regis referuntur. Ex libro xxx
L. Cornelius Scipio cons vii°
C. legato Scipione africano
fratre qui se legatum fratri futurum dixerat
si ei grecia provincia decerneretur cum C.
Lelio qui multum in senatu poterat, ea provincia
dari videretur profectus ad bellum ad
versus Anthiochum regem gerendum, primus
omnium romanorum ducum in Asiam traie
cit. Regillus adversus regiam classem
Anthiochi feliciter pugnavit ad myo
nensum rhodiis iuvantibus. Filius
africani captus ab anthioco, patri
remissus est. Victo deinde Anthio
cho ab L. Cornelio Scipione,
adiuvante eumene rege Attali
pergameni filio pax data est ea con
ditione, ut omnibus provinciis citra
taurum montem cederet. L. Corneli
us Scipio qui cum anthiocho de
bellaverat cognomine fratri exequatus
asiaticus appellatus. Colonia dedu
cta est Bononia. Eumenes quo Bononia ::
iuvante Anthiochus victus erat
regnum ampliatum. Rhodiis quoque
qui et ipsi iuvabant, quedam civitates
concesse. Emilius regillus qui
prefectos anthiochi navali pr
lio devicerat, navalem triumphum
reduxit. M. acilius glabrio, qui
Grecia expulerat et de Etholis tri
umphavit. Ex libro xxxviii°
Marcus fulvius cons in epi
ro ambracienses obsessos
in deditionem accepit. Cephala
niam subegit. Etholis perdomitis
pacem dedit. Gn. Manlius con
sul collega eius gallogrecos
tholos bogios et tectosagos
et trocmos qui brenno duce in
asiam transierant, cum soli cis
taurum montem non appareret
vicit. Eorum origo. et quomodo ea
loca que tenent occupaverant
refertur. Exemplum quoque virtutis et
pudicitie in femina traditur. que cum
regis gallogrecorum uxor fuit, ca
pta centurionem qui ei vim in
tulerat occidit. Lustrum a censori lustrum
bus conditum. Censa sunt civium
capita cclxm iii x. Cum aria
rathe capadocie rege ami
cicia icta est. Gn. Manlius
[illegible] x legatis ex quorum
consilio fedus cum anthioco con
scripserat. De gallogrecis acta
causa in senatu triumphavit.
Scipio africanus die ei dicta
ut quidam tradunt a P. petilio
tribuno plebis ut quidam a nevio quod
preda ex anthioco capta, erari
um fraudasset, postquam is dies

venit euocatus in rostra sicut
die inquit qua captam Kartha
ginem vici et prosequente populo ca
pitolium ascendit. Inde ne am
plius tribuniciis iniuriis vexa
retur, in voluntarium exilium
concessit Literni; ibi an Rome
defunctus sit, nam monumenta
eius utrobique sunt. L. Scipio a
siaticus frater Africani eodem die
peculatus accusatus damnatus
que cum in vincula et carcerem duce
retur, Tiberius Sempronius Gracchus tri-
bunus plebis qui antea Scipionibus inimi
cus fuerat, intercessit. Et ob id
beneficium Africani filiam duxit.
Cum questores in bona eius
publice possidenda misissent,
non modo in his ullum vestigium pe
cunie regie apparuit, sed nequaquam
tantum redactum, quanta summa erat
damnatus. Collatam a cognatis
et amicis innumerabilem pecuniam
accipere noluit; que necessaria erat
ad cultum redempta. Ex libro xxxix

Marcus Emilius consul
liguribus subactis, viam pla
centia usque Ariminum perductam
Flaminie iunxit. Initia luxurie
introducta ab exercitu asiatico re
feruntur. Ligures quicumque citra
appenninum erant sublati sunt.
Bachanalia sacrum grecum et noctur
num omnium scelerum seminarium,
cum ad ingentis turbe con
iurationem pervenerit, sed investigatum
et multorum pena sublatum est a cen
soribus. M. Valerio Flacco. M. Valerio
Catone et belli et pacis artibus ma
ximo, motus est senatu L. Quintius Flamin
nus frater Titi quod Gallie provinciam consul
obtineret, rogatu a Penno Philippo
quem amabat, scorto nobili, Gallum
quendam sua manu occiderat, sive ut quidam
tradiderant, unum ex damnatis securi
percusserat, rogatus a meretrice Placen
tina cuius amore deperibat. Extat o
ratio M. Catonis in eum. Scipio Litern
decessit. Et tamquam lugente fortuna
circa idem tempus duo funera ma
ximorum virorum. Hanibal a Pru
sia Bithinie rege, ad quem victo
Antiocho confugerat, cum dederetur Ro
manis, qui ad exposcendum eum T. Quinti
um Flamininum miserant, veneno mor
tem consciuit. Philopomenes quoque
dux Acheorum maximus a Messeniis
occisus veneno, cum ab his in bello ca
ptus esset. Colonie Potentia et Pisaurum
et Mutina et Parma deducte sunt. Pre
terea res adversus Celtiberos prospere
gestas, et initia causasque belli ma
cedonici continet. Cuius origo
inde fluxit, quod Philippus egre
ferebat regnum suum a Romanis
imminui, et quod cogeretur a Tracibus ali
isque locis presidia deducere. Ex libro xl

Cum Philippus liberos
eorum quos in vinculis habebat
nobilium hominum conquiri ad mor

[interlinear gloss above "Colonie Potentia et Pisaurum": liuigo potentia / piceno]

tem misisset Theoxena verita pu
beris suis ad modum pueris regie li
bidinis prelatis in medium gladiis et po
culis in quo venenum erat, suasit
his ut imminens ludibrium morte
effugerent. Et cum persuasisset ipsa se
interemit. Certamina inter philippi
regis macedonie filios, persen et
demetrium referuntur. et ut fraude
fratris sui demetrius fictis criminibus
inter que accusatione parricidii
et affectione regni primum petita
ad ultimum quoniam populi romani ami
cus erat veneno necatus est. Re
gnum que macedonie mortuo phi
lippo ad persen venit. Item res in
liguribus et hispania celtiberos a con
sulibus feliciter gestas continet. Colo
nia aquileia deducta est. Libri *Aquileia*
nume pompilii in agro L. Pe
tilii scribe sub ianiculo cultoribus
agri, area lapidea clusi inven
ti sunt et greci et latini in quibus cum
plera que dissolvendarum religionum
preter ad que delecti erant legis
set, iuraint senatum contra rem p
esse ut legerentur comburerentur que. Ex
senatus consulto in comitio exusti sunt.
Philippus egritudine animi confectus
quod demetrium filium falsis persei al
terius filii in eum delationibus im
pulsus veneno sustulisset, et de pe

na persei cogitavit voluitque anti
gonum potius amicum suum succes
sorem regni sui relinquere. Sed
in hac cogitatione captus est. Perse
us regnum excepit. Ex libro
I Gnis in ede veste ext[inctus]
tinctus est. Tiberius sempronius
gracchus proconsul celtiberos victos
in deditionem accepit. Monimen
tumque operum suorum graccurim op
pidum in hispania constituit.
Et a postumio albino proconsule
vaccei et lusitani subacti sunt.
uterque triumphavit. Antiochus
Antiochi filius obses a populo
romano datus, mortuo fratre Se
leuco qui patri defuncto succes
serat in regnum Syrie ab ur
be dimissus. Lustrum a censo *Lustrum*
ribus conditum. Censa sunt civi
um capita cclviii. d. ccxciiii.
Q. voconius saxa tr. pl. legem
tulit nequis mulierem here *Lex de feminis*
dem institueret suasit legem M.
Cato extat oratio eius. Preterea
res adversus ligures histros
et sardos et celtiberos a consulibus
diversis prospere gestas et initia
belli macedonici continet quod
Perseus philippi filius molie
batur. miserat ad cartaginenses
A legationem et ab his nocte
audita erat. Sed et alias gre
cie civitates solicitabat. Cum
preter religionem quod multa tem

ipsa magnifica multis [illegible]
Athenis Iovis olimpi et anthi
ochie illustrissimum regem egit
Q. fulvius flaccus Ex libro xlii
censor templi iunonis la
cine tegulis marmoreis spo
liavit ut ede quam dedicabat
tegeret. tegule ex senatus con
sulto reportate. Eumenes a
sie rex in senatu de perseo ma
cedonie rege questus est. cuius
iniurie in populum romanum refe
runtur. Ob quas bello ei indicto
p. licinius crassus cons. cui man
datum erat in macedoniam transi
levibusque expeditionibus eque
stribus prelijs in thesalia cum perseo
eventu pugnavit. Inter masinis
sam et carthaginienses de a
gro fuit ductus a senatu dis
ceptandum data. legati missi
ad socias civitates reges que ro
gandos ut in fide permane
rent dubitantibus rhodiis. lu
strum a censoribus conditum. Ce
sa sunt civium capita cclxvii
ccxxxi. Res preterea adversus
Corsos et ligures prospere gestas
continet Ex libro xliii

Pretores aliquot eo quod a
variare et crudeliter provin
cias administraverant damna
ti sunt. P. licinius crassus pro
cons. complures in grecia ur
bes expugnavit et crudeliter corri
puit. Ob id captivi qui ab eo
sub corona venierant ex s. c. postea
restituti sunt. Item a prefectis
classium romanarum multa impote
ter in socios facta. Res a perseo re
ge prospere gestas continet. Et quod
dardanis et illyrico cuius rex erat
gentius motus qui in hispania ab
olocino facta erat ipso interfecto
consedit. M. emilius lepidus a
censoribus princeps lectus. Ex li

Q. marcius philippus bro xliiii
per invios saltus penetravit
in macedoniam et complures urbes
occupavit. Rhodii misere lega
tos romam minantes ut perseo
auxilio essent nisi populus ro
manus cum illo pacem amicitiamque
iungeret. Indigne id latum.
Cum id bellum lucio emilio pau
lo sequentis anni cons. iterum man
datum esset paulus in contione
precatus ut quicquid duri populo ro
mano immineret in suam domum converteret
et in macedoniam profectus vicit per
sen. totamque macedoniam in po
testatem redegit. Ante confligeret
predixit exercitui ne miraretur quod
luna prima nocte defectura e
rat. Gentius quoque rex illyriorum cum
rebellasset a lucio anicio pretore vi
ctus venit in deditionem et cum
uxore liberis ac propinquis roma

missis legatis alexandri et cleo
patra & ptolomeo regibus uene
runt querentes de anthioco rege
Syrie, quod eis bellum inferret. perse
us solicitatis in auxilium, eume
ne rege pergami & gentio rege
illiricorum, quia eis pecuniam quam
promiserat, non dabat relictus ab his
est ∴ Ex libro xlv

Perseus ab emilio paulo in
samotracie captus est. Cum
anthiocus syrie rex ptolomeum
& cleopatram egipti reges obsi
deret, & missis ad eum a senatu le
gatis qui iuberent ab obsidio
ne solo regie absisteret, editis man
datis consideraturum se quid fa
ciendum esset respondisset unus
ex legatis Popilius uirga re
gem circumscripsit, iussitque antequam
circulo excederet responsum daret.
qua asperitate effecit, ut anthiocus
bellum omitteret. legationes gratula
tium populorum atque regum in sena
tu admisse Rhodiorum qui eo
bello contra populum romanum faue
rant exclusa. Postera die cum eo
quererentur, ut his bellum moueretur
tam in senatu patrie sue lega
ti egerunt nec tamquam socii, nec tam
quam hostes dimissi. Macedonia in pro
uincie forma redacta. Emilius
paulus repugnantibus militibus
eius propter minorem predam & contradicen
te seruio sulpitio galba trium
phauit & persen cum tribus filiis
duxit ante currum. Cuius triumphi
leticia ne solida ei contingeret
duorum filiorum funeribus insigni
ta est. Quorum alterius morte tri
umphum patris precessit, alterius
secuta est. lustrum a censoribus
conditum. Censa sunt ciuium
capita cccxxvii . cccxv. Prusias
rex bithinie romam ut senatui
gratias ageret ob uictoriam
ex Macedonia partam uenit &
nicomedem filium senatui com
mendauit Rex plenus adula
tionis libertum se populi romani
dicebat Ex libro xlvi

Eumenes rex Romam uenit
qui macedonico bello me
dium egerat, ne aut hostis iudica
tus uideretur si exclusus esset
aut liberatus crimine si admitte
tur In commune res lata est ne cui
regi uenire romam liceret
Cl. Marcellus consul alpinos gal
los. G. Sulpitius Gallus consul
ligures subegit. legati persie
regis questi sunt de Eumene quod
fines suos popularetur. dixe
runt quod cum conspirasse cum anthi
oco aduersus p. r. Societas
cum rhodiis deprecantibus iuncta
est. lustrum a censoribus conditum
Censa sunt ciuium capita cccxxxvii

Popilius ∴

lustrum

Rex adula
tor ∴

lustrum

xvi princeps senatus M. Emi
lius lepidus. ptolomeus egypti
rex pulsus regno a minore
fratre missis ad eum legatis
restitutus est Ariarate capa
docie rege mortuo filius e
ius ariarates regnum accepit
et amicitiam cum p. r. per legatos
renouauit Res preterea ad
uersus ligures et corsos et lusita
nos varios euentu gestas et mo
tus sirie mortuo Anthioco
qui filium anthiocum puerum
ad modum reliquerat conti
net. Huic Anthioco puero
cum lisia tutore demetrius
seleuci filius qui rome ob-
ses fuerat clam quia non di
mittebatur a romanis inter
emit et ipse in regnum receptus
L. Emilio paulo qui persen
uicerat mortuo cuius tanta
abstinentia fuit, ut cum ex hi-
spania et ex macedonia imen-
sas opes retulisset, vix ex
auctione eius redactum sit
unde uxori eius dos solueretur
Pomptine paludes a corne
lio cetego cons. cum ea prouin
cia euenerat siccate. ager ex
ex his factus Ex libro xlvii
In cremelio p. r. multa
indicta est quod cum M.
Emilio lepido pontifice ma

ximo iniuriose contendat. sacro
rumque magistratuum ius potentius
fuit Lex de ambitu lata lustrum
a censoribus conditum Censa sunt ci
uium capita ccc xxxviii. m. xvi. prin
ceps senatus emilius lepidus. Inter
ptolomeos fratres qui dissidebant
fedus ictum, ut alter egypto, alter cire
nis regnaret Ariarates capa
docie rex consilio demetrii Sirie re
gis et viribus pulsus regno a se
natu restitutus est Missi a senatu
qui inter massinissam et cartagini
enses de agro iudicarent. C.
martius consul aduersus dalmatas
primum parum prospere, postea feliciter
pugnauit. Cum quibus bello confligen
di causa fuit, quod illirios socios p.
r. vastauerant. Eandem quoque gentem
Cornelius nasica cons. domu
it Q. opimius cons. transalpinos
ligures qui massiliensium oppi
da Antipolim et Niceam vasta
bant subegit. Preterea res in his
pania a compluribus parum prospere
gestas continet Consules anno
quingentesimo nonagesimo octa
uo ab urbe condita magistra
tum inire ceperunt Mutandi co
mitia causa fuit. quod hispani
rebellabant legati ad discepta-
dum inter cartaginenses et massi
nissam missi nuntiauerunt, vim
naualis materie se cartagine
deprehendisse Aliquot pretores

a provinciis avaritie nomine accu-
sati dampnati sunt. Ex libro xlviii

Lustrum a censoribus conditum
est. Censa sunt civium capita
cccxxiiii. Semina tertii punici bel-
li referuntur. Cum in finibus car-
taginensium ingentis numidarum ex-
ercitus duce ariobarzane, siphacis
nepote, diceretur esse, marcus
portius cato suasit ut cartagin-
ensibus, qui exercitum specie contra mas-
sinissam regem, re contra romanos accitum
in finibus haberent, bellum indice-
retur. Contradicente P. cornelio
nasica, placuit legatos mitti
cartaginem qui specularentur
quid ageretur. Castigato senatu
cartaginensium, quod contra fedus
et exercitum et navales materias haberent,
pacem inter eos et massinissam fa-
cere voluerunt, Massinissa agro,
de quo lis erat, decedente.
Sed gisto, amilcaris filius, homo
sediciosus, qui tunc in magistratu
erat, cum senatus pariturum se iudici-
bus legatis dixisset, ita bellum
concitavit adversus romanos sua-
dendo ut legatis quo minus
violarentur fuga consuluerit. Id
nunciantes infestum iam senatum
cartaginensibus infestiorem fece-
runt. Marci porcii Catonis filius
in pretura mortuus. Funus tenuis-
simo, ut potuit (nam et pauper
erat), sumptu fecit. Andriscus, qui
se persei filium regis quondam
macedonie ingenti assevera-
tione mentiretur, roma missus.
Marcus emilius lepidus, qui
princeps senatus sextus iam te-
soribus lectus, antequam expira-
ret, precepit filiis lecto se stra-
to sine linteis, sine purpura
efferrent. In reliquum funus ne
plus quam eris decies consume-
rent: imaginum specie, non sump-
tibus nobilitari magnorum
virorum funera solere. De ve-
neficiis questio. Publicie et li-
cinie nobiles femine, que vi-
ros suos consulares necasse
se insimulabantur, cognita causa,
cum pretori predes vades de-
dissent, cognatorum decreto ne-
cate sunt. Gulussa, massinis-
se filius, nunciavit cartagi-
ne delectus agi, classem
comparari et haud dubie bellum
strui. Cum cato suaderet ut his
bellum indiceretur, P. cornelius
nasica dicendo nihil temere
faciendum, placuit x legatos
mitti exploratum. L. licinius
lucullus, A. postumius albi-
nus consules cum delectum
severe agerent, nec quemquam gratia di-
mitterent, a tribunis plebis qui pro amicis
vacationem impetrare non
poterant in carcerem con-

tati sui. Cum hispaniense bel
lum parum prospere aliquotiens ge
stum ita confudisset civitatem
romanam ut ne hi quidem
invenirentur qui aut tribuna
tum exciperet aut legati ire
vellent. P. Cornelius appella
tio ex vinusia corneliorum fa
milia est. Sed qui africani di
cunt gloriosius nominantur. quoque
emiliani, etiam ad differentiam
maioris africani. Unde hic hec
satis quod clare gentis posterioris
africani. Cornelius emilia
nus processit, et excepturum se mi
litie genus quodcumque imperatum
esset professus est. Quo exemplo
omnes ad studium militandi
concitavit. L. Lucullus consul
cum Marcus Claudius Mar
cellus successerat placasse
omnes celtiberie populos videretur
vacceos et cantabros et alias
incognitas adhuc nationes
in hispania subegit. Ibi P.
Cor. africanus Scipio emili
anus L. Cornelii Pauli filius
africani nepos et adoptivus
provocatorem barbarum tribunus
militum occidit. Et in expugna
tione intercatie urbis maius
periculum adiit. Nam murum
primus transcendit. Servius
Sulpicius Galba pretor male
adversus lusitanos pugnavit.
Cum legati ex africa cum ora
toribus cartaginensium et

[interlinear glosses: l. cartor; Emilio paulo; macedonico; ex emilia; filii maioris africani]

Gulussa massinisse filio redissent
dicerent quod se et exercitum et classem car
tagine deprendisse, rogari sententie pla
cuit Catone et aliis principibus sena
tus suadentibus ut in africam con
festim exercitus transportaretur.
Cum cornelius nasica diceret no
dum sibi iustam causam belli videri, pla
cuit ut bello abstinerent si cartagi
nenses classem exussissent et exer
citum dimisissent. sin minus, proximi con
sules de punico bello referrent.
Cum locatum a censoribus theatrum
extrueretur, P. Cor. Nasica aucto
re, tamquam inutile et nociturum publicis
moribus ex senatus consulto de
structum est. populusque aliquamdiu
stans ludos spectavit. Cartagi
nenses cum adversus fedus massi
nisse bellum intulissent, victi ab
sene annos xcii et sine pulpamine
manducaret si gustaret panem tantum
solito insuper romani bellum meruerunt. Ex libro xlvimo

Tertii punici belli initium, altero et
sexcentesimo ab urbe condi
ta anno, intra quintum annum quam erat
ceptum consumati. Inter M. Por. Cato
nem et Scipionem nasicam, quorum
alter sapientissimus vir in civitate
habebatur, alter optimus vir et iudicatus
a senatu erat, diversis certatum
sententiis est, Catone suadente bel
lum et ut tolleretur deleretur quod car
tago, Nasica dissuadente. pla
cuit tamen quod contra fedus naves haberent

qui exercitus extra fines duxissent, qui
socios populi ro. et amico massinisse
arma intulissent, qui filium eius
Gulussam, qui cum legatis ro
mis in oppidum non recepissent
Bellum sub media pace quoque ulle
copie in naves imponerent. Uti
censes legati roma venerunt
se sua que omnia dedentes. ea
legatio velut omen grata patribus,
acerba cartaginensibus fuit

Tpo m' bella punica

ludi diti patri ad tarentum
ex precepto librorum facti. quin
genti sexagesimo primo puncto bel
lo. quingentesimo et alto anno
ab urbe condita facti erant le
gati xxx roma venerunt, per
quos se cartaginenses dede
bant. Catonis sententia devi
cit ut in decreto perstaretur et ut
consules quam primum ad bellum pro
ficiscerentur. Qui cum in affricam
transierunt, acceptis quos im
peraverant ccc obsidibus et ar
mis et omnibus instrumentis quoque
belli, si qua cartaginenses erant cum
ex auctoritate patrum iuberent
ut in alium locum dum a mari x
passuum, ne minus remotum oppidum
facerent indignitate rei ad bella
dum cartaginenses compulle
runt obsideri oppugnari quoque ce

pta est cartago a l. marcio
m. manilio consulibus. In qua
oppugnatione, cum neglectas
ab una parte muros duo
tribuni temere cum cohortibus
suis irrupissent et ab oppida
nis graviter caederentur a Scipio
ne Emiliano expliciti sunt
per quem et castellum romanorum
quod nocte expugnabant pau
cis equitibus iuvantibus
liberatum est. Castrorum quoque quae
cartaginenses omnibus copiis
ab urbe pariter egressi oppug
nabant liberatorum is ipse scipio
praecipuam tulit. Praeterea cum ab irri
ta oppugnatione cartaginis
consul alter cum romam ad co
mitia iret, exercitum duceret ad
versus hasdrubalem, cum alta
mari saltum iniquum insederat
Suasit Scipio consuli ne tam iniqui
to loco confligeret. Victus de
inde complurium qui et prudentie
et virtuti eius invidebant sen
tenciis et ipse saltum ingressus est
Cum sicut praedixerat fusus fugatusque
esset romanus exercitus et due
cohortes ab hoste obsiderentur
cum paucis equitum turmis in
saltum reversus liberavit eas et
incolumes reduxit. Quam virtu
tem eius et catonis prompte
ad vituperandum lingue in se
natu sic prosecutus est, ut diceret

reliquos qui in africa mili
taret / umbris imitare . Sci
pione ingerere et p. r. eo fa
uore complexus ut tamen
ille plurime cum tribus consule
scribent . cum hoc per etatem non
liceret. Cum L. Scribonius tr. pl.
rogationem promulgasset, ut
lusitani qui in fide p. r.
dediti ab Servio Galba in Gal
liam venissent in libertatem re
stituerentur, M. Cato acerri
me suasit. extat oratio et in
analibus eius inclusa. Q. Ful
uius nobilior et sepe ab eo in
senatu laceratus respondit
pro Galba. Ipse quoque cum se dam
nari videret, complexus duos
filios pretextatos et Sulpicii Galli
filium cuius tutor erat, ita mi
serabiliter pro se locutus est, ut ro
gatio antiquaretur. Extant tres
orationes eius . due adversus
Libonem tr. pl. rogationemque
eius habite de lusitanis Ca
tone L. Cornelium Cethegum
in qua lusitanos propter se castra
habentes cesos fatetur quod compe
rtum habuit equo atque homine
suo ritu immolatis per speciem pa
cis adoriri exercitum suum in ani
mo habuisse. Andriscus quidam
ultime sortis homo Persei regis
filium ferens et mutato nomine

Philippus vocatus cum ab urbe ro
ma quo illum demetrius Sirie rex
ob hoc ipsum mendacium miserat, clam
profugisset multis ad falsam eius
fabulam velut ad veram coeun
tibus, contracto exercitu totam macedo
niam aut voluntate incolentium
aut armis occupavit / fabulam
autem talem finxerat, ex pelice se
Perseo rege ortum traditum educan
dum crete se cuidam esse, ut belli
tasque quod ille cum romanis gereret
aliquod velut semen regie stirpis
extaret. Adramitti se educatum
usque ad duodecimum etatis an
num patrem eum esse credentem
a quo educaretur, ignarum generis fu
isse sui. Affecto deinde eo cum prope
ad ultimum finem vite esset, dete
ctam tandem sibi originem suam
falseque matri libellum datum signo
Persei regis signatum quem sibi tra
deret cum ad etatem puberem venisset
obtestationesque ultimas adie
ctas ut res in occulto ad id
tempus servaretur. Pubescenti
libellum traditum in quo relicti
sibi duo thesauri a patre dicerentur
Tum scienti mulieri subditum esse
veram stirpem ignorantis edidisse
genus atque obtestatam ut prius quam
manaret ad Eumenem res Per
seo inimicum excederet his locis
ne interficeretur. Eo se exterritum

simul sperante aliquo a demetrio i
syriam se contulit atque ibi pri-
mus esset palorum exprime auxili
Thesalia cum Ex libro l°
Ut illam invadere armis atque
occupare pseudo philippus ne-
lut per legatos romanorum au-
xilius atheorum defensa est. Pru-
sia rex bithinie omnium vilissimo-
rum quoque maiorum a micomede filio
adiuvante attalo rege perga-
mi occisus habebat alium fili-
um qui pro superiore ordine den-
tium enatum fuisse unum os con-
tinens dicitur. Cum in legatos ad
pacem inter micomedem et prusiam
faciendam ad romanos missi et esset
Cum unus ex inlitis cicatribus scar-
sum caput haberet. Alter podiba eque
esset tamen ingenio socors haberetur
Dixit Cato eam legationem nec
caput nec pedes nec cor habere. In
siria quoque eo tempore stirpe generis pa-
rem macedonum regis inertia
socordia quoque similem ipsi regnum
habebat. Jacente eo in gyneceo et lu-
stris amonius regebat per quem et
cum omnes regie et laodone re-
gina et antigona demetrii filius
occisi. Massinissa numidie rex
maior xc annis decessit vir
insignis inter cetera iuvenilia o-
pera que ad ultimum edidit adeo
etiam usus in senectam viguit ut

post sextum et octogesimum an-
num filium genuerit. Inter tres
liberos eius maxima natu
in ipsa gulussa mastanabal
qui etiam grecas litteras eruditus
erat. P. Scipio emilianus cum
communibus his et regnum pater reliquisset
et dividere eos arbitro Scipio-
ne iussisset partes administra-
di regni divisit. Item phame
hamilconi prefecto equitum certa
genesum viro forti et cuius pre-
cipua opera peni utebantur per-
suasit ut cum equitatu suo ad ro-
manos transiret. Ex his le-
gatis qui ad massinissam missi
erant Cl. Marcellus cooorta
tempestate fluctibus obrutus
est. Cartaginenses hasdruba-
lem massinisse nepotem quem
pretore habebant homines pro-
ditionis suspectum in curia oc-
ciderunt. Quia suspicio inde mana-
vit quod propinquus esset gulusse
romanorum auxilia iuvantis.
P. Scipio emilianus cum edili-
tatem peteret consul a populo dictus
cum per annos consulem fieri non
liceret cum magno certamine suf-
fragantis legis et repugnanti-
bus aliquamdiu patribus legi-
bus soluta et consul creatus. M.
Emilius aliquot urbes circum
positas cartaginem expugnavit.
Pseudo philippus in macedo-
nia caeso cum exercitu. M.

iuventio pretore atque cecilio victus captusque est Et recepta macedonia Ex libro lio

Cartago in circuitu M xxiii passuum patens magno labore obsessa et per partes capta est primum a mancino legato deinde a Scipione cons cui ex sorte africa provincia data erat Carthaginienses portum novum quia vetus obstructus a Scipione erat facta et iterum clam exiguo tempore ampla classe infeliciter navali prelio pugnaverunt Hasdrubalis quoque ducis eorum castra ad neferim oppidum loco difficili sita cum exercitu deleta sunt a Scipione qui tandem expugnavit septingentesimo anno quam erat condita Spoliorum maior pars siculis quibus ablata erant reddita Ultimo urbis excidio cum se hasdrubal Scipioni dedisset uxor eius que paucis ante diebus de marito impetrare nequiverat ut ad victorem transfugerent in medium se flagrantis urbis incendium cum duobus liberis ex arce precipitavit Scipio exemplo patris sui emilii paulli qui macedoniam (scilicet bello macedonico) vicerat ludos fecit transfugasque ac fugitivos bestiis obiecit

Uxor Hasdrubalis

Belli achaici semina referuntur quia legati romani ab achaicis pulsati sunt Corinthi missi ut eas civitates que sub ditione philippi fuerant ab achaico consilio secernerent Ex libro lii

Cum acheis qui in auxilio boetos et chalcidienses habebant q cecilius metellus ad thermophilas bello confluxit Quibus victis dux eorum Critolaus mortem sibi veneno conscivit In cuius locum dieus achaici motus primus auctor ab acheis dux creatus ad isthmo a l. mummio cons victus est qui omni achaia in deditionem accepta corinthon ex senatus consulto diruit quia ibi legati romani violati erant Thebe quoque et calchis que auxilio fuerant diruta Ipse l. mummius abstinentissimum virum egit nec quicquam ex his opibus ornamentisque que preudives corinthos habuit in domum eius pervenit Q. cecilius metellus triumphavit P. Cornelius africanus Scipio emilianus de cartagine et hasdrubale Viriatus in hispania primum ex pastore venator et ex venatore latro mox quoque iusti exercitus dux factus totam lusitaniam occupavit M. vetilium pretorem fuso exercitu eius cepit

post quem et plautius pretor nihilo fe
licius rem gessit tantumque ter
roris hostis impulit ut adversus
eum consulari opus esset et duce
et exercitu preterea motus syrie et bel
la inter reges gesta referuntur
Alexander homo ignoto et incerte
stirpis occiso sicut ante dictum est de
metrio rege in syria regnabat
hunc demetrius demetrii filius
qui a patre quondam ob incertos
belli casus ablegatus gnidon
fuerat contempta inertia so
cordiaque eius adiuvante pto
lomeo egipti rege cuius filiam
cleopatram in matrimonium acce
perat bello interemit. cuius in lo
cum eius frater minor ptholomeus
qui cirenis regnabat successit de
metrius ob crudelitatem quam in su
os per tormenta exercebat ab dio
doto quodam uno ex subiectis qui
alexandri filio bimulo admo
dum regnum asserebat bello superatus
seleuciam confugit. L. mummius de
acheis triumphavit signa erea
marmoreaque et tabulas pictas
in triumpho tulit Ex libro liii°

Appius claudius cons. salas
sos gentem alpinam domuit
Alter pseudo philippus in macedo
nia a L. tremelio questore cum
exercitu cesus est. Q. cecilius
metellus procons. celtiberos cecidit
A Q. fabio procons pars magna
lusitanie expugnatis aliquot ur
bibus recepta est. C. Iulius sena
tor grece res romanas scribit. Ex li

Q. Pompeius cons. bro liiii°
in hispania termestinos
subegit. cum hisdem et numantinis
pacem ab infirmitate fecit. lu
strum a censoribus conditum. Cen
sa sunt civium capita CCCXX
VIII. a CCCXLII. Cum macedo
num legati questum de iunio
sillano pretore venissent quod
acceptis pecuniis provinciam spo
liasset et senatus de querelis
eorum vellet cognoscere. T. man
lius torquatus pater sillani peti
it impetravitque ut sibi cognicio
mandaretur et domi causa
cognita filium condempnavit ab
dicavitque. ac ne funeri quidem
eius cum suspendio vitam finis
set interfuit. sedensque domi
potestatem consultandi ex insti
tuto fecit. Q. fabius procons re
bus in hispania prospere gestis
labem imposuit. pace cum viriato
equis condicionibus facta. viria
tus a proditoribus consilio servilii
cepionis interfectus est et ab exer
citu suo multum comploratus
ac nobiliter sepultus. vir duxque
magnus et per xiiii annos quibus
cum romanis bellum gessit frequentius
superior Ex libro lv°

P. Cornelius
P nasica cui cognomen
scapion fuit, ab irridente
curiatio tr. pl. impositum
& decimo iunio bruto cos.
delectum habentibus in conspe
ctu tironum, res salubris
in exemplum facta est. Nam
C. matienus accusatus
est apud tri. pl. quod ex
ercitum ex hispania deseruisset
damnatus quod sub furca diu
virgis cesus est & sextertio nu
mo venit. Tri. pl. quia non
impetrarent, ut sibi denos
quos vellent milites eximere li
ceret, consules in carcerem duci
iusserunt. Iunius brutus in hispa
nia, his qui sub viriato mi
litauerant agros & oppidum
dedit, quod vocatur valentia. M.
popilius a numantinis cum
quibus pacem factam, irritam
fieri senatus censuerat, cum exer
citu fusus fugatus quod est. C.
hostilio mancino cons. sacrifican
te, pulli ex cauea euolaue
runt. Conscendenti deinde
nauem, ut in hispaniam proficisce
retur, audiuit mane mancine
qui auspicia tristia fuisse euen
tu promptum est. victus enim a
numantinis est & castris exutus
Cum spes nulla seruandi exer

citus esset, pacem cum his fecit igno
miniosam quam ratam esse vetuit
xxx. romanorum a iiii. numan
tinorum victa erant. Decimus Iu
nius lusitaniam expugnationibus ur
bium usque ad occeanum perdomuit.
Et cum flumen obliuionem transire
nollet, raptum signifero signum, ipse
transtulit. & sic ut transgrederentur
persuasit. Alexandri filius rex
syrie x. annos admodum habens,
a diodoto qui Tryphon cognominabatur
tutore suo per fraudem occisus est
corruptis medicis qui illum cal
culi dolore consumi, ad popu
lum mentiti, dum secant occiderunt.

D Ecimus Iunius Ex libro lvi
brutus in hispania ulteriore
feliciter aduersus gallicenos pugna
uit. Dissimili euentu. M. emi
lius lepidus procos. aduersus va
cceos res gessit. Cladem similem
numantine passus est, ad exsol
uendum foederis numantini religio
ne populum mancinus, cum huius rei au
ctor fuisset, deditus numantinis
non est receptus. Lustrum a cen
soribus conditum. Censa sunt
ciuium capita cccxvii d ccxxx
iii. Fuluius flaccus vardeos in
illirico subegit. M. cossonius pre
tor in tracia cum scordiscis prospere
pugnauit. Cum bellum numantinum
vicio ducum non sine pudore
publico duraret delatus est ultro

Consules carcerati

Valentia

f. obliuio

Perfidia tutoris

Lustrum

Scipioni africano a senatu prohibitum quod
x consulatus Quo tum illi quo
propter ob legem que vetabat quemque
iterum consulem fieri non licuit,
sicut priori consulatu legibus so
luta est Bellum servile in Italia
ortum, cum opprimi a pretoribus non
potuisset et C. fulvio cons. manda
tum est Huius belli initium fuit. Eu
nus servus natione syrus, qui et
cta agrestium servorum manu et so
lutis ergastulis, iusti exercitus
numerum explevit Cleon quoque alter servus
ad lxx servorum contraxit et iun
ctis copiis adversus exercitum roma
num bellum sepe gesserunt Ex libro l

Scipio africanus numantiam vii
obsedit et corruptum licentia
luxuria quoque exercitum, ad severissimam
militare disciplinam revocavit. o
mnia deliciarum instrumenta reddidit
Duo milia scortorum a castris eiecit
militem quottidie in opere habuit et xx
xx dierum frumentum ad septenos
vallos ferre cogebat Egre propter onus
incedenti dicebat Cum gladio te
vallare scieris, vallum ferre desi
nito alio scutum parum habilem feren
amplius eum scutum iusto ferre. neque
id se reprehendere quando melius scu
to quam gladio utitur Quem mili
tem ex ordine deprendit, si Romanus
esset vitibus, si exterus virgis
cecidit Iumenta omnia ne exonera
rent militem vendidit :

Sepe adversus eruptiones ho
stium feliciter pugnavit Vaccea
obsessi liberis coniugibusque trucidatis
ipsi se interemerunt Scipi
o amplissima munera mis
sa sibi ab Antiocho rege
Sirie, cum celare alius im
peratoribus regum munera
mos esset, pro tribunali ac
cepturum esse dixit
omnia quoque ea questore accepta referre
in publicas tabulas iussit Ex his
se viris fortibus dona daturum
Cum undique numantiam obsi
dione clausisset et obsessos
fame videret urgeri, hostes
qui pabulatum exierant vetu
it occidi. quod diceret velocius eos
absumpturos frumentum quod haberent
si plures fuissent Ex libro lviii

Tiberius sempronius Gracchus tribunus plebis cum
legem agrariam ferret
adversus voluntatem senatus et eq
uestris ordinis, ne quis ex publico agro
plus quam xx iugera possideret, i
eo furore exarsit ut M. o
ctavio collega causam diverse par
tis defendenti potestate lege
lata abrogaret Se quoque et graccum
fratrem, et appium claudium soce
rum triumviros ad dividendum
agrum crearet Promulgavit
et aliam legem agrariam quasi
sibi latius agrum patefa
ceret, ut idem triumviri iudi

tatem qua publicus ager qua privatus esset. Deinde cum minus agri esset quam quod dividi posset sine offensa etiam plebis quoniam eos ad cupiditatem amplum modum sperandi incitaverat, legem se promulgaturum ostendit, ut his qui Sempronia lege agrum accipere deberent pecunia que regis Attali fuisset divideretur. Heredem autem populum Romanum reliquerat Attalus rex Pergami Eumenis filius. Tot indignitatibus commotus graviter senatus, ante omnes C. Annius cons. qui cum senatu in Gracchum perorasset raptus ab eo ad populum delatusque plebi, rursus in eum pro rostris contionatus. Cum iterum tr. pl. creari vellet Gracchus auctore P. Cornelio Nasica in capitolio ab optimatibus occisus est, ictus primum fragmentis subselliorum et inter alios qui in ea seditione occisi erant insepultus in flumen proiectus. Res preterea in Sicilia vario eventu adversus fugitivos gestas continet. Ex libro lviiii

Numantini fame coacti ipsi se per vices trucidaverunt. Captam urbem Scipio Africanus delevit et de ea triumphavit xiiii post annos Carthaginem deletam. P. Rutilius cons. in Sicilia cum fugitivis debellavit. Aristonicus Eumenis regis filius Asiam occupavit cum testamento Attali regis legata p. r. libera esse deberent. Adversus eum P. Licinius Crassus cons. cum idem pontifex maximus, quod nunquam antea factum erat, extra Italiam profectus, prelio victus et occisus est. M. Perpenna cons. victum Aristonicum in deditionem accepit. Q. Pompeius Q. Metellum censorem a quo senatu legendo preteritus erat de saxo deici iussit. Quod ne fieret ceteri tr. pl. auxilio fuerunt. Cum Carbo tr. pl. rogationem tulisset ut eundem tr. pl. quotiens vellet creare liceret, rogationem eius P. Africanus gravissima oratione dissuasit, in qua dixit Ti. Gracchum iure cesum videri. Gracchus contra suasit rogationem. Sed Scipio [illegible]. Bella inter Anthiochum Syrie et Phraaten Parthorum regem gesta nec magis quieta res Egypti referuntur. Ex libro lx

Ptolomeus Euergetes cognominatus ob nimiam

crudelitatem suis invisus, incensa
a populo regia, cum Cypron profugit
et cum sorori eius Cleopatre, quam
filia eius virgine per vim compres-
sa atque in matrimonium ducta re-
pudiaverat regnum a populo datum
esset, infensus filium quem ex illa
habebat Cypro occidit, caput quoque
eius manus et pedes matri mi-
sit. Seditiones a triumviris Fulvio
Flacco et C. Graccho et C. Papi-
rio Carbone de agro dividendo
creatis excitate, cum P. Scipio A-
fricanus adversaretur, fortis et ac
validus pridie domum se recepisset,
mortuus in cubiculo inventus est.
Suspecta fuit tamquam ei venenum
dedisset Sempronia uxor, hinc ma-
xime quod soror esset Gracchorum
cum quibus simultas Africano fuerat.
De morte tamen eius nulla questio acta.
Defuncto eo acrius seditiones trium-
virales exarsunt. C. Sempronius cos.
adversus Iapidas primo male rem
gessit, mox victoria cladem ac-
ceptam emendavit, virtute Decimi
Iunii Bruti qui Lusitaniam subege-
rat. Ex libro LX

L. Aurelius cons. bellantes Sar-
dos subegit. Fulvius Flaccus pri-
mus transalpinos Ligures do-
muit bello, missus in auxili-
um Massiliensium adversus Salavi-
os Gallos, qui fines Massili-
ensium populabantur. L. Opimius
pretor Fregellanos qui defecerant
in deditionem accepit. Fregellas
diruit. Pestilentia in Africa
ab ingenti locustarum multi-
tudine, et inde necatarum stra-
ge fuisse traditur. Lustrum a
censoribus conditum. Censa sunt
civium capita CCCXCIIII DCCXX-
VI. Gracchus Tiberii frater tri-
bunus plebis eloquentior quam frater, perni-
ciosas aliquot leges tulit,
inter quas frumentariam, ut
senis et triente frumentum plebi
daretur. Alteram legem agra-
riam quam et frater eius fuerat.
Tertiam qua equestrem ordinem
tunc cum senatu consentientem
corrumperet ut sescenti ex equi-
tibus in curiam sublegerentur. Et quia
illis temporibus CCC tantum senato-
res erant, de quibus CCC sena-
toribus admiscerentur, id est ut e-
quester ordo bis tantum virium
in senatu haberet. Et continuato
in alterum annum tribunatu le-
gibus agrariis latis efficit,
ut complures colonie in Italia
deducerentur. Et una in solo diru-
te Carthaginis, quo ipse triumvir
creatus coloniam deduxit. Pre-
terea res a Q. Metello cos.

adversus baleares gessit. continet quas greci gymnesias appellant. quia estate nudi exigunt. baleares. a teli missu appellati aut a blato herculis comite ibi relicto cum hercules ad gerionem navigaret. Motus que syrie referunt in quibus cleopatra demetrium virum suum et seleucum filium indignata quod occiso patre eius iniussu suo, dyadema sumpsisset interimit. Ex libro lxii

G. Sextius proconsul victa salluviorum gente coloniam aquas sextias condidit ob aquarum copiam e calidis frigidisque fontibus atque a nomine suo ita appellatas. Gn. domitius proconsul adversus allobrogas ad oppidum vindalium feliciter pugnavit. Quibus bellum inferendi causa fuit quod teutomotulum salluviorum regem fugientem recepissent et omni ope iuvissent. quodque eduorum agros p. r. vastassent. C. Gracchus seditioso tribunatu acto, cum aventinum quoque armata multitudine occupasset, a L. opimio cons. ex senatus consulto, vocato ad arma populo pulsus et occisus est. et cum eo fulvius flaccus consularis socius eiusdem furoris. Q. fabius maximus cons. pauli nepos, adversus allobrogas et bituitum arvernorum regem feliciter pugnavit. Ex bituiti exercitu occisa milia cxx. Ipse cum ad satisfaciendum senatum romam profectus esset, albam custodiendus datus est, quia contra pacem videbatur ut in galliam remitteretur. Decretum quoque est ut congonnetiacus filius eius comprehensus romam mitteretur. Allobroges in deditionem recepti. L. opimius accusatus apud populum a q. decio tr. pl. quod indemnatos cives in carcerem coniecisset, absolutus est. Ex libro lxiii

Q. Marcius cons. Stoenos gentem alpinam expugnavit. Micipsa numidie rex mortuus regnum tribus filiis reliquit Adherbali et hiempsali et Iugurthe fratris filio quem adoptaverat. L. cecilius metellus dalmatas subegit. Iugurtha hiempsalem fratrem petiit bello quem victum occidit. Adherbalem regno expulit. Is a senatu restitutus. L. domitius metellus. Gn. domitius enobarbus censores duos et xxx. senatu moverunt. Preterea motus syrie regnum que continet. Ex libro lx

C. Porcius cons. in Thracia
male adversus Scor-
Lustrum discos pugnavit. Lustrum a censo-
ribus conditum. Censa sunt civi-
um capita CCCXCIIII.CCCXXXVI.
Emilia, Licinia, Marcia vesta-
les virgines incesti dampnate sunt.
Quod quidem incestum quemadmodum et com-
missum et deprehensum et vindicatum
sit refert. Cimbri gens vaga
populabundi in Illiricum venerunt;
ab his Papirius Carbo cons. cum
exercitu fusus est. Livius Drusus cons.
adversus Scordiscos gentem a Gal-
lis oriundam in Tracia felici-
ter pugnavit. Ex libro LXV

Adherbal bello petitus ab
Jugurta et in oppido Cirta
obsessus contra denunciationem sena-
tus ab eo occisus est, et ob hoc bel-
lum Jugurte indictum. Quod cum Cal-
phurnius Bestia cons. gerere iussus
pacem cum Jugurta iniussu populi et
senatus fecit, Jugurta fide publica
evocatus ad indicandos auctores
consiliorum suorum, quod multos pe-
cunia in senatu corrupisse dice-
batur, Romam venit. Et propter cedem
admissam in regulum quendam
nomine Massimam, qui regnum eius
populo Romano invisi affectabat, ro-
me interfectum, cum periclitaretur causam
capitis dicere, clam profugit. Et

exiens urbe fertur dixisse
o urbem venalem et cito pe-
rituram, si emptorem invene-
rit. Aurelius Postumius lega-
tus infeliciter prelio adversus Jugur-
tam gesto, pacem quoque adiecit
ignominiosam, quam non esse servan-
dam senatus censuit. Ex libro

Q. Cecilius LXVI
Q. Metello cons. duobus
preliis Jugurtam fudit, totamque
Numidiam vastavit. M. Junius
Sillanus cons. adversus Cimbros
infeliciter pugnavit. Legatis Cim-
brorum sedem et agros in quibus
consisterent postulantibus, sena-
tus negavit. M. Minutius pro-
cons. adversus Tracas prospere
pugnavit. L. Cassius cons.
a Tigurinis Gallis pago Helve-
tiorum, qui a civitate seces-
serant, in finibus Allobrogum
cum exercitu cesus est. Milites
qui ex ea cede superaverant ob-
sidibus datis et dimidia re-
rum omnium parte ut incolumes
dimitterentur cum hostibus pa-
cti sunt. Jugurta pulsus
a Gaio Mario Numidia cum
auxilio Bochi Maurorum re-
gis adiutus esset. Et cesis
prelio Bochi quoque copiis, no-
lente Boccho bellum infeli-
citer susceptum diutius sustine-
re noluit. Vincta ab eo
et Mario tradita est. In q

re praecipua opera L. Cornelii Sille quaestoris C. Marii fuit.

Aurelius Ex libro lxvii

M. Aurelius Scaurus legatus consulis a Cimbris fuso exercitu captus est. Et cum in consilium ab his advocatus deterreret eos ne Alpes transirent Italiam petituri, eo quod diceret Romanos vinci non posse, a Boiorige feroci iuvene occisus est. Ab isdem hostibus Cn. Mallius consul et Q. Servilius Caepio proconsul victi proelio castris quoque binis exuti sunt. Militum milia lxxx occisa, calonum et lixarum xl secundum Arausionem. Caepionis, cuius temeritate clades accepta erat, damnati bona publicata sunt, primi post regem Tarquinium, imperiumque ei abrogatum. In triumpho C. Marii ducti ante currum eius Iugurtha cum duobus filiis et in carcere necatus est. Marius triumphali veste in senatum venit, quod nemo ante eum fecerat. Ei propter metum Cimbrici belli continuatus per complures annos consulatus est. Consulatu secundo et tertio absens consul creatus quartum consulatum dissimulanter captans consecutus est. Cn. Domitius pontifex maximus populi suffragio creatus est. Cimbri vastatis omnibus quae inter Rhodanum et Pyreneum sunt per saltum in Hispaniam transgressi, ibique multa loca populati a Celtiberis fugati sunt, reversique in Galliam in bellicosos se Teutonis iunxerunt.

Ex libro lxviii

M. Antonius praetor in Ciliciam maritimos praedones id est piratas persecutus est. C. Marius consul summa vi oppugnata a Theutonis et Ambronibus castra defendit. Duobus deinde proeliis circa Aquas Sextias eos hostes delevit. In quibus caesa traduntur hostium cc milia, capta xc. Marius absens quintum consul creatus est. Triumphum oblatum donec et Cimbros vinceret distulit. Cimbri cum repulso ab Alpibus fugatoque Q. Catulo proconsule, qui fauces Alpium obsidebat ad flumen Athesim castellum editum insedit, relinqueret, quod virtute sua explicata fugientem proconsulem exercitumque consecuta est, in Italiam traiecissent, iunctis eiusdem Catuli et C. Marii exercitibus proelio victi sunt. In quo caesa dicuntur hostium cxl, capta lx. Marius totius civitatis consensu exceptus pro duobus triumphis qui offerebantur uno contentus fuit. Primores civitatis, qui ei aliquamdiu ut novo homini ad tantos honores evecto inviderant, conservatam ab eo rem publicam fatebantur. Publicius Malleolus matre occisa primus in culleo insutus in mare praecipitatus est. Ancilia cum strepitu mota esse ante Cimbricum bellum refertur. Bella praeterea inter Syrie reges gesta continet.

Ex libro lxix

L. Apuleius Saturninus adiuvante C. Mario et per milites occiso A. Nunnio competitore tribunus plebis per vim creatus, non

minus violenter tribunatum quam petierat
gessit. et cum legem agrariam per vim
tulisset metello numidico quod in eam
non iuraverat diem dixit. Qui cum a
bonis civibus defenderetur ne causa dimi-
cationis esset in exilium voluntarium rho-
dum profectus est. ibique audiendo et le-
gendo magnos viros avocabatur.
Profecto C. marius seditionis auctor
qui sextum consulatum per tribus sparsa emerat
aqua et igni interdixit. Idem apule-
ius saturninus tr. pl. C. memmium
candidatum consulatus quoniam adversarium
eius actionibus suis timebat occidit.
Ob has res concitato senatu in cuius cau-
sam et C. marius homo varii et mu-
tabilis ingenii consiliique semper secundum
fortunam transierat oppressus armis
cum glaucia pretore et aliis eiusdem
furoris bello quodam interfectus est.
Q. cecilius metellus ab exilio
ingenti totius civitatis favore redu-
ctus est. M. aquilius proconsul in sicilia bel-
lum servile incitatum confecit.

Ex libro LXX

Cum M. aquilius de pecu-
niis repetundis causam diceret ipse
iudices rogare noluit. M. Anto-
nius qui pro eo perorabat tunicam a pe-
ctore eius discidit ut honestas ci-
catrices ostenderet. Indubitate abso-
luta est. Cicero eius rei solus au-
ctor. T. didius proconsul adversus celtiberos
feliciter pugnavit. ptholomeus cyre-
narum rex cui cognomen apion
fuit mortuus heredem populum romanum
reliquit et eius regni civitates
senatus liberas esse iussit. Ari-
obarzanes in regnum cappado-
cie a L. cornelio silla redu-
ctus est. Parthorum legati a rege
Arsace missi venerunt ad sillam
ut amicitiam populi romani peterent. P. ruti- P. Rutilius
lius vir summe innocentie quoniam le-
gatus Q. mucii proconsul a publica-
norum iniuriis asiam defenderat, in-
visus equestri ordini penes quem iu-
dicia erant repetundarum dampnatus
in exilium missus est. C. sentius pre-
tor adversus thraces infeliciter pu-
gnavit. Senatus cum impotentiam eque-
stris ordinis in iudiciis exercendis
ferre nollet omni vi niti cepit ut ad
se iudicia transferret. sustinente cau-
sam eius M. livio druso tr.
pl. qui ut vires sibi acquireret per-
niciosa spe largitionis plebem
concitavit. Preterea motus sirie re-
gum continet.

Ex libro LXXI

M. livius drusus tr. pl. quo
maioribus viribus senatus
causam susceptam tueretur socios itali-
cos populos spe civitatis romane so-
licitavit. His adiuvantibus per vim
legibus agrariis frumentariis
latis iudiciariam quoque pertulit
ut equa parte iudicia penes se-
natum et equestrem ordinem essent.
Cum deinde promissa sociis civitas
prestari non posset irati itali
defectionem agitare ceperunt. Eorum

coitus coniurationes et orationes in consiliis principum referuntur. Propter que Livius Drusus invisus et senatui factus velut socialis belli auctor, incertum a quo occisus est. Ex libro lxxii

Italici populi defecerunt. Picentes, Vestini, Marsi, Peligni, Marrucini, Samnites, Lucani. Initio belli a Picentibus moto, Q. Servilius proconsul in oppido Asculo cum omnibus civibus Romanis qui in eo oppido erant occisus est. Saga populus sumpsit. Servius Galba a Lucanis comprehensus unius femine opera, ad quam devertebatur, captivitate erepta est. Esernia et Alba colonie ab Italicis obsesse sunt. Auxilia deinde Latini nominis externarum gentium missa populo Romano et expeditiones invicem expugnationesque urbium referuntur. Ex libro lxxiii

Iulius Cesar consul male adversus Samnites pugnavit. Nola colonia in potestatem Samnitium venit cum L. Postumio pretore, qui ab his interfectus est. Complures populi ad hostes defecerunt. Cum P. Rutilius consul parum prospere adversus Marsos pugnasset et in eo prelio cecidisset, C. Marius legatus eius meliore eventu cum hostibus conflixit. Sex. Sulpicius Pelignos prelio fudit. Q. Cepio legatus Rutilii cum obsessus prospere in hostes irrupisset et ob eum successum equatum ei cum C. Mario esset imperium, temerarius factus et circumventus insidiis fuso exercitu cecidit. L. Iulius Cesar consul feliciter adversus Samnites pugnavit. Ob eam victoriam Rome saga posita sunt. Et ut varia belli fortuna esset, Esernia colonia cum M. Marcello in potestatem Samnitium venit. Sed et C. Marius prelio Marsos fudit, Hirio Asinio pretore Marrucinorum occiso. C. Celius in Gallia transalpina Salluvios rebellantes vicit. Ex libro lxxiiii

Cn. Pompeius Picentes prelio fudit. Obsedit. Propter quam victoriam Rome pretexte et alia magistratuum insignia sumpta sunt. C. Marius cum Marsis dubio eventu pugnavit. Libertini tunc primum militare ceperunt. Aulus Plotius legatus Umbros, L. Porcius pretor Marsos, cum utrique populi defecissent, prelio vicerunt. Nicomedes in Bithyniam, Ariobarzanes in Cappadocie regnum reducti sunt. Cn. Pompeius consul Marsos acie vicit. Cum ere alieno pressa esset civitas, A. Sempronius Asellio pretor, quoniam secundum debitores ius dicebat, ab his qui fenerabant in foro occisus est. Preterea incursiones Thracum in Macedoniam populationesque continet. Ex libro lxxv

Aulus Postumius Albinus legatus cum classi preesset, infamis crimine proditionis ab exercitu suo interfectus est. L. Cornelius Silla legatus Samnites prelio vicit et bina castra eorum expugnavit. Cn. Pompeius Vestinos in deditionem accepit. L. Porcius consul

rebus prospere gestis fusis que aliquociens mar-
sis dum castra eorum expugnat cecidit
Ea res hostibus victoriam eius prelii
dedit. Cosconius et lucanus sam-
tes acie vicerunt Marium egnatium
nobilissimum hostium ducem occide-
runt compluraque oppida in deditionem
acceperunt. L. sulla hirpinos domu-
it samnites pluribus preliis fudit aliquot
populos recepit quantas que raro consules a-
lias ante consulatum rebus gestis ad
petendum consulatum romam est profectus

Aurelia gra Ex libro lxxvj

A-binius legatus rebus adversus
lucanos prospere gestis et plurimis
oppidis expugnatis in obsidione ho-
stium castrorum cecidit. Sulpitius le-
gatus marrucinos cecidit totam que eam
regionem recepit. Cn. pompeius procos.
vestinos et pelignos in deditionem ac-
cepit. Marsi quoque a L. cinna et cecilio
pio legatis aliquot preliis fracti pe-
tere pacem ceperunt. Asculum a Cn.
pompeio captum est. Cesis et a ma-
merco emilio legato italicis silo
poppedius dux marsorum auctor eius
rei in prelio cecidit. Ariobarzanes
cappadocie, Nicomedes bithinie re-
gno a mithridate ponti rege pulsi
sunt. preterea incursiones tracum in ma-
cedonia populationes que continet

Cum p. sulpitius Ex libro lxxvij
tribunus plebis auctore C. mario
perniciosas leges promulgasset ut ex-
ules revocaret et novi cives
libertini que distribuerentur et ut C.
marius adversus mithridatem ponti
regem dux crearetur et adversantibus
consulibus q. pompeio et l. sulle
vim intulisset occiso q. pompeio
consulis filio genero sulle. L. sulla
cos. cum exercitu in urbem venit et ad-
versus factionem sulpitii et marii in
ipsa urbe pugnavit eam que expulit
ex quibus xij a senatu hostes inter
quos C. marius pater et filius iudicati
sunt. p. sulpitius cum in quadam villa
lateret indicio servi sui retractus occi-
sus est. Servus ut premium promissum
indici haberet manumissus et ob sce- Iuste
lus proditi domini de saxo deiectus est
C. marius filius in africam traiecit. C.
marius pater cum in paludibus minturnen-
sium lateret extractus est ab oppida-
nis et cum missus ad eum occidendum
servus natione gallus maiestate
tanti viri perterritus recessisset impositus
publice navi delatus est in africam
L. sulla civitatis statum ordinavit
exin colonias deduxit. q. pompe-
ius cos. ad accipiendum a Cn. pom-
peio procos. exercitum profectus consilio eius
occisus est. Mithridates ponti rex bi-
thinia et cappadocia occupatis expulso
aquilio legato frigiam provinciam populi romani cum ingenti
exercitu intravit. Ex libro lxxviij

Mithridates asiam occupavit
Q. oppium procos. item aquilium
legatum in vincula coniecit iussu que
eius quidquid civium romanorum in asia
fuit uno die trucidatum est. Urbem

rhodii qui soli in fide permanserant oppugnavit et aliquot preliis navalibus victus recessit. Archelaus prefectus regium in greciam cum exercitu venit Athenas occupavit. preterea ceterarum urbium insularumque alias ad mitridatem, alias ad p. r. civitates suas trahentibus continet. Ex

Cornelius libro lxxix

L. Cinna cum perniciosas leges per vim atque arma ferret pulsus urbe a Cn. Octavio collega cum sex tribunis pl. imperioque ei abrogato corruptum Ap. Claudii exercitum in potestatem suam redegit et bellum urbi intulit accersito C. Mario ex Africa cum aliis exulibus, in quo bello duo fratres, alter ex Pompei exercitu, alter ex Cinne ignorantes concurrerunt. et cum victor spoliaret occisum, agnito fratre ingenti lamentatione edita, rogo ei extructo ipse se super rogum transfodit et eodem igne consumptus est. Et cum opprimi inter initia potuissent Cn. Pompei fraude, qui utramque partem fovendo vires Cinne dedit nec nisi profligatis optimatium rebus auxilium tulit, et consulis segnitia confirmati, Cinna et Marius quattuor exercitibus, ex quibus duo Q. Sertorio et Carboni dati sunt, urbem circumsederunt. hostiam coloniam expugnaverunt et crudeliter diripuerunt. Ex libro lxxx°

Italicis populis a senatu civitas data est. Samnites qui soli arma recipiebant Cinne et Mario se coniunxerunt. ab hiis Plancius cum exercitu cesus est. Cinna et Marius cum Carbone et Sertorio Ianiculum oppugnaverunt et fugati ab Octavio consule recesserunt. Marius Antium et Ariciam et Lanuvium colonias expugnavit. Cum nulla spes esset optimatibus resistendi propter segnitiam et perfidiam ducum et militum, qui corrupti aut pugnare nolebant aut in diversas partes transibant, Cinna et Marius in urbem recepti sunt qui velut captam eam cedibus et rapinis vastaverunt. Cn. Octavio consule occiso et omnibus adverse partis nobilibus trucidatis, inter quos M. Antonio eloquentissimo viro et C. et L. Cesare, quorum capita in rostris posita sunt. Crassus filius ab equitibus Fimbrie occisus est, pater Crassus ne quid indignum virtute sua pateretur gladio se transfixit. (Se occidit) Et absque ulla comitia consules in sequentem annum se ipsos renunciaverunt, eodemque die quo magistratum inierat Marius Sextum Licinium senatorem de saxo deici iussit. (Mors Marii) Editisque plurimis sceleribus idibus Ianuarii decessit, vir cuius si examinentur cum virtutibus vitia, haud facile sit dictu utrum bello melior an pace perniciosior fuit. adeo quam rem p. armatus servavit, eam primo togatus omni genere fraudis, postremo armis hostiliter evertit.

L. Silla Athenas Ex lxxxi

quas Archelaus prefectus Mitridatis occupaverat, circumsedens et cum magno labore expugnavit, urbi lib[ertatem]

tate et qui habuerat redditis exigua
qui sola in asia in fide manserat summa
parte adversus mithridatem defensa est provin-
cia eius in macedonia continet. Ex libro
Sylla copias regis que ma- lxxxii
cedonia occupata in thessaliam
venerant prelio vicit cesis hostium et
et castellis expugnatis. Renovato de-
inde bello iterum exercitum regis fudit
ac delevit. Archelaus cum classe
regia sille se tradidit. L. Valerius
Flaccus consul collega cinne missus ut
sille succederet propter avariciam invisus
Auaricia exercitui suo a G. fimbria legato ipsius
ultime audacie homine occisus est et
imperium ad fimbriam translatum. Preterea
expugnate in asia urbes a mithridate
et crudeliter direpta provincia et incursi-
ones thracum in macedoniam referun-
tur. Ex libro lxxxiii
Flavius fimbria in asia fusis prelio
aliquot prefectis mithridatis urbe pergama
mum cepit obsessumque regem non
multum abfuit quin caperet. urbem Ili-
um que se potestati sille reservabat ex-
pugnavit ac delevit et magnam partem
asie recepit. Sylla compluribus preliis
thracas cecidit. L. cinna et G. pa-
pirius carbo a se ipsis consules per bien-
nium facti bellum contra sillam pararent
effectum est per lucium valerium flaccum
principem senatus qui orationem in senatu
habuit et per eos qui concordie studebant
ut legati ad sillam de pace mit-
terentur. Cinna ab exercitu suo quem in-
vitum cogebat naves conscendere et ad-
versus sillam proficisci interfectus est.
Consulatum carbo solus gessit. Syl-
la cum in asiam venisset pacem cum
mithridate fecit ita ut is rederet pro-
vincias asiam bithyniam cappado-
ciam. Fimbria deserta ab exercitu qui
ad sillam transierat ipse se percussit
impetravitque de servo suo prebere cervi-
cem ut se occideret. Ex libro
Sylla legatis qui a senatu lxxxiiii
missi erant futurum se in potestate
senatus respondit si cives qui pulsi a
cinna ad se confugerant restituerentur.
Que conditio cum iusta senatui
videretur per carbonem factionemque
eius cui bellum videbatur utilius
ne conveniret effectum est. Idem cum
ab omnibus italie oppidis colo-
nis [?] carbo exigere vellet ut fide
eorum contra sillam obligaret consensu
senatus prohibita est. Novis ci-
vibus senatus consulto suffragium da-
tum est. Q. metellus pius qui
partes optimatum secutus erat
cum in africa bellum moliretur a G.
fabio pretore pulsus est. senatus consul-
tumque per factionem carbonis et
marianarum partium factum est ut
omnes ubique exercitus dimitterentur. Liber-
tini in v et xxx tribus distributi
sunt. Preterea belli apparatum qui contra
sillam excitabatur continet. Ex li-
Sylla in italiam bro lxxxv
cum exercitu traiecit. missisque
legatis qui de pace agerent et

ab cos. Gn. Norbano violatis eun-
dem Norbanum proelio vicit. Et cum L.
Scipionis alterius cos. cum quo per omnia
id egerat pacem iungere, nec potue-
rat, castra oppugnaturus esset, universus exer-
citus consulis sollicitatus per emissarios a
Sulla milites signa ad Sullam transtu-
lit. Scipio cum occidi posset, dimissus
est. Gn. Pompeius, Gn. Pompei eius (margin: Gn. Pompe-ius)
qui Esculum ceperat filius, conscripto vo-
luntariorum exercitu cum tribus legionibus
ad Sullam veniat, ad quem se no-
bilitas omnis conferebat, ita ut deser-
ta urbe ad castra veniretur. Preterea
expeditiones per totam Italiam utriusque
partis ducum referuntur. Ex li-
bro lxxxvi

Cum C. Marius C.
Marii filius cos. ante annos
xx per vim creatus esset. C. Fabius in
Africa propter crudelitatem et avaritiam
suam in pretorio suo vivus exustus
est. L. Philippus legatus Sulle, Sar-
diniam Q. Antonio pretore pulso et
occiso occupavit. Sulla cum Itali-
cis populis, ne timeretur ab his velut
erepturus civitatem et suffragii ius (margin: Callide)
nuper datum, fedus percussit. Idemque
ex fiducia iam certe victorie, litigato-
res a quibus adibatur vadimonia
Roma deferre iussit, cum a par-
te diversa urbs adhuc teneretur.
L. Damasippus pretor ex volun-
tate C. Marii consulis, cum sena-
tum contraxisset, omnem que in urbe erat
nobilitatem trucidavit. Ex cuius nume-
ro Q. Mutius Scevola pontifex ma-
ximus fugiens in vestibulo edis Ve-
ste occisus est. Preterea bellum a L.

Murena adversus Mitridatem in Asia
gestum continet. Ex libro lxxxvii

Sulla C. Marium, exercitu eius fu-
so deletoque ad Sacriportum, in op-
pido Preneste obsedit. Urbem Romam
ex inimicorum manibus recepit. Marium
erumpere temptantem repulit. Preterea res
a legatis eius eadem utrique fortuna partium
gestas continet. Ex libro lxxxviii

Sulla Carbone cum exercitu ad Clu-
sium ad Faventiam Fidentiamque ce-
so Italia expulit, cum Samnitibus qui
soli ex Italicis populis nondum arma po-
suerant iuxta urbem Romanam ante Colli-
nam debellavit. Recuperata re p. pul-
cherrimam victoriam crudelitate quanta in nullo
hominum fuit inquinavit. VIII milia dedi-
torum in villa publica trucidavit. Ta-
bulam proscriptionis posuit. Urbem ac totam
Italiam cedibus replevit. Inter quas omnes Pre-
nestinos inermes occidi iussit. Ma-
rium senatorii ordinis virum cruribus
brachiisque fractis, auribus presectis et oculis
effossis necavit. C. Marius Preneste
obsessus a Lucretio Afella Sillane
partis viro cum per cuniculum captaret
evadere, septum exercitu, mortem conscivit.
Id est in ipso cuniculo cum sentiret se evadere
non posse, cum Thelesino fuge comite
stricto utrimque gladio concurrit. Quem cum oc-
cidisset, ipse saucius impetravit a servo ut se
occideret. Ex libro lxxxix

M. Brutum Gn. Papirio Carbone
qui Corciram appulerat mis-
sus nave piscatoria, Libeum ut ex-
ploraret an ibi Pompeius esset, et cir-
cumventus navibus quas Pompeius miserat, ipse

mucrone ipso ad [illegible] cum
ex corporis [illegible] Gn. Pompeius
in Siciliam cum imperio a senatu missus Gn.
Carbonem qui flens muliebriter mortem tu
lit captum occidit. Silla dictator fac
tus quod nemo umquam fecerat cum fascibus xxiiii
processit. Legem novam tulit ... tribunorum plebis potestatem minuit et om
ne ius legum ferendarum ademit. Pontificum
augurum que collegium ampliavit ut es
sent xv. Senatum ex equestri ordine sup
plevit. Proscriptorum liberis ius petendorum
honorum eripuit et bona eorum ven
didit ex quibus plurima primo rapuit. Re
dactum est sexiens miliens. Quintum
Lucretium Ofellam adversus volun
tatem suam consulatum petentem ius
sit occidi in foro. Et cum hoc indigne
ferret populus Romanus contione advocata se
iussisse dixit. Gn. Pompeius in Africa
Gn. Domitium proscriptum et Hiarbam regem
Numidie bellum molientes victos
occidit. Et iiii et xx annos natus ad
huc eques Romanus quod nulli contigerat ex Af
rica triumphavit. Gaius Norbanus consularis
proscriptus in urbe Rhodo cum comprehenderetur ipse
se occidit. Mutilus unus ex proscriptis clam
capite adoperto ad posticum edium Ba
stie uxoris cum accessisset admissus non
est quia illum proscriptum diceret. Itaque se ipse trans
fodit et sanguine suo fores uxoris respersit. Sil
la Nolam in Samnio recepit. xlvii le
giones in agros captos deduxit et eos his
divisit. Volteras quod oppidum ad
huc in armis erat obsessum in deditionem
accepit. Mitilene quoque in Asia que sola

urbs post victum Mitridatem arma retinebat
expugnate dirute que sunt. Ex libro
lxxxx
Silla decessit. Honos
que ei a senatu habitus est ut in
campo Martio sepeliretur. M. Lepidus
cum acta Sille temptaret rescindere bellum
excitavit. A Q. Catulo collega Italia
depulsus est et in Sardinia frustra bel
lum molitus periit. M. Brutus qui Cisalpinam
Galliam obtinebat a Gn. Pompeio oc
cisus est. Q. Sertorius proscriptus in ulteriore
Hispania ingens bellum excitavit. L.
Manlius proconsul et M. Domitius legatus ab
Hirtuleio questore prelio victi sunt. Prete
rea a P. Servilio proconsule adversus Cilicas ge
sta res continet. Ex libro lxxxxi
Gn. Pompeius cum adhuc eques esset cum
imperio consulari adversus Sertorium
missus est. Sertorius aliquot urbes ex
pugnavit. Plurimas que civitates in potesta
te suam redegit. Appius Claudius
proconsul Thracas pluribus preliis vicit.
Q. Metellus proconsul L. Hirtuleium que
storem Sertorii cum exercitu cecidit. Ex
libro lxxxxii
Gn. Pompeius dubio
eventu cum Sertorio pugnavit ita
ut singula ex utraque parte cornua vice
rint. Q. Metellus Sertorium et Perpernam
cum duobus exercitibus prelio fudit. Cuius
victorie partem cupiens ferre Pompe
ius parum prospere pugnavit. Obsessa
deinde Clunia Sertorius assiduis
eruptionibus non leviora damna
obsidentibus intulit. Preterea a C. Curio
ne proconsule in Thracia res gestas adversus
Dardanos. Et Sertorii multa crude
lia in suos facta continet. Qui plurimos ex
amicis et secum proscriptis crimine proditionis

Iusticia Sille

Superbe

Tempna uxor

Domi Nole

Mitilene capta

insulatos occidit. Ex lib° lxxxxiii

P. Servilius procos in Cilicia Isauros domuit et aliquot urbes piratarum expugnavit. Nicomedes Bithinie rex p. r. fecit heredem regnumque eius in provinciam redactum est. Mithridates federe cum Sertorio icto bellum p. r. intulit. Apparatus deinde regiarum copiarum pedestrium navaliumque et occupata Bithinia. M. Aurelius Cotta cos. ad Calcedonam prelio a rege victus. Res que a Pompeio et Metello adversus Sertorium, qui omnibus belli militieque artibus par fuit, et ab obsidione Calaguritani oppidi depulsos coegit diversas regiones petere, Metellum ulteriorem Hispaniam, Pompeium Galliam.

L. Licinius Ex lib° lxxxxiiii

L. Lucullus cos. adversus Mithridatem equestribus preliis feliciter pugnavit et aliquas expeditiones prosperas fecit, postea retes que pugnam milites a seditione inhibuit. Deiotarus Gallogrecie tetrarches prefectos Mithridatis bellum in Frigia moventes cecidit. Preterea res a Gn. Pompeio in Hispania contra Sertorium prospere gestas continet. Ex lib° lxxxxv

C. Curio cos. Dardanos in Thracia domuit. lxxiiii gladiatores Capue ex ludo Lentuli profugerunt et congregata fugitivorum ergastulorumque multitudine Crixo et Spartaco ducibus bello excitato Claudium Pulcrum legatum et P. Varenium pretorem prelio vicerunt. L. Lucullus procos. ad Cizicum urbem exercitum Mithridatis fame ferroque delevit. Pulsoque Bithinia rege variis belli ac naufragiorum casibus fractum coegit Pontum profugere. Ex lib° lxxxxvi

Q. Arrius pretor Crixum fugitivorum ducem cum xx hominum cecidit. Gn. Lentulus consul male adversus Spartacum pugnavit. Ab eodem cos. L. Gellius et Q. Arrius pretor acie victi sunt. Sertorius a M. Antonio et M. Perpenna et aliis coniuratis in convivio interfectus est octavo ducatus sui anno, magnus dux et adversus duos imperatores Pompeium et Metellum vel frequentius victor, ad ultimum et sevus et prodigus. Imperium partium ad Marcum translatum, quem Gn. Pompeius victum captumque interfecit ac recepit Hispanias decimo fere anno quam ceptum erat bellum. C. Cassius procos. et Gn. Manlius pretor male adversus Spartacum pugnaverunt, idque bellum M. Crasso pretori mandatum est. Ex lib° lxxxxvii

M. Crassus pretor primum cum parte fugitivorum que ex Gallis Germanisque constabat feliciter pugnavit, cesis hostium xxxv milibus et ducibus eorum cesis et Ganico. Cum Spartaco dein bellavit, cesis cum eo lx m. Antonius pretor bellum adversus Cretenses parum prospere gestum morte sua finivit. M. Lucullus procos. Thraces subegit. L. Lucullus in Ponto adversus Mithridatem feliciter pugnavit, cesis hostium amplius quam lx m. Crassus et Gn. Pompeius consules facti sunt. Pompeius ante questuram gereret ex equite Romano. Tribuniciam potestatem restituerunt. Iudicia quoque per M. Aurelium Cottam pretorem ad equites Romanos translata sunt. Mithridates desperatione rerum suarum co-

ad tigranem armenie regem confugit

Machares Ex libro lxxxxviii
Mitridatis filius bossori rex a L.
lucullo in amiciciam receptus est. Gn. lentulus
et L. gellius censores asperam censuram ege-
runt. iiii et lx e senatu motis a quibus lu-
stro condito censa sunt civium capita dccc m.
L. licinius metellus pretor in sicilia adversus
piratas prospere rem gessit. Templum
iovis in capitolio quod incendio consum-
ptum erat refectum dedicatum a Q. catulo de-
dicatum est. L. lucullus in armenia mi-
tridatem et tigranem et ingentes utriusque
regis copias pluribus preliis fudit. Q.
metellus proconsul bello adversus cretenses man-
dato cydoniam urbem obsedit. G. tri-
arius legatus luculli adversus mitridatem
parum prospere pugnavit. lucullum ne perse-
queretur mitridatem ac tigranem summamque vi-
ctorie imponeret seditio militum tenuit
qui sequi nolebant, quia legiones valiane
impleta a se stipendia dicentes lu-
cullum reliquerunt Ex libro lxxxxix

Q. metellus proconsul Gnoson et li-
ctum et cydoniam et alias plurimas
urbes expugnavit. L. roscius tribunus plebis le-
gem tulit ut equitibus romanis in theatro x-
iiii gradus proximi assignarentur. Gn. pompe-
ius lege ad populum lata persequi piratas
iussus qui commercium annone intercluserat
intra xl diem toto mari eos expulit
bello cum eis in cilicia confecto ac-
ceptis in deditionem piratis agros et ur-
bes dedit. Preterea res gestas a Q.
metello adversus cretenses continet et e-
pistolas metelli et Gn. pompei invicem
missas. queritur Q. metellus gloriam si-
bi rerum a se gestarum a pompeio pre-
reptam qui in cretam miserit legatum suum ad
accipiendas urbium deditiones. pompeius
rationem reddit hoc se facere debuisse

C. Manilius Ex libro 100
tribunus plebis magna indignatione nobi-
litatis legem tulit ut pompeio mitrida-
tici bellum mandaretur. Contio eius
bona. Q. metellus perdomitis cretensibus li-
bere in id tempus insule leges dedit.
Gn. pompeius ad gerendum bellum ad-
versus mitridatem profectus cum rege par-
thorum phraate amiciciam renovavit.
equestri prelio mitridatem vicit preterea
bellum inter phraatem parthorum regem et
tigranem patrem et filium gestum continet Ex
libro ci

Gn. pompeius mitridatem
nocturno prelio victum coegit bos-
foron profugere. Tigranem in deditionem
accepit atque ademptis syria, fenice,
cilicia, regnum armenie restituit. Co-
niuratio eorum qui in petitione consulatus
ambitus damnati erant, facta de inter-
ficiendis consulibus, oppressa est. Gn.
pompeius cum mitridatem persequeretur in
ultimas ignotasque gentes penetravit. hi-
beros albanosque qui transitum non da-
bant prelio vicit. preterea fugam mitrida-
tis per cholchos et heniochos et res
ab eo in bosforo gestas continet

Gn. pompeius Ex libro cii
in provincie formam pontum rede-
git. farnaces filius mitridatis
bellum patri intulit. Ab eo mitrida-
tes obsessus in regia cum veneno
sumpto parum profecisset ad mortem
a milite gallo nomine bituito
a quo ut adiuvaret se petierat
interfectus est. Gn. pompeius iudeos
subegit. fanum eorum hiero-

solima inuiolatum an id tempus cep
it. Catilina bis repulsam i petitio
ne consulatus passus, cum lentulo pre
tore, & cethego & pluribus aliis coniu
rat de cede consulum & senatus,
incendiis urbis, & opprimenda re
p. Exercitu etiam i etruria comparato
Ea coniuratio industria m. tullii ciceronis
eruta e. Catilina urbe pulso
de reliquis coniuratis supplicium su
mptum est. Ex libro c iii

Catilina a C. Antonio pro
consule exercitu cesus e. p. clodius
accusatus quod i habitu mulieris i sa
crum i quo virorum mittere nefas e,
& misisset & uxorem metelli pon
tificis stuprasset, absolutus e. Gn.
pontinius pretor allobroges qui rebel
lauerant ad solonem domuit
p. clodius ad plebem transiit. G.
cesar lusitanos subegit. eo tempore con
sulatus candidatus & captante r p
inuadere conspiratio inter tres ciui
tatis principes facta e Gn. pompe
ii. m. crassi. G. Cesaris. leges
agrarie a se consule & magistro
tumultu inuito senatu, & altero con
sule bibulo late sunt. G. antonius
pro consul i macedonia non prospere rem
gessit. M. cicero lege a p. clo
dio tr. pl. lata quod indempnatos
ciues necauisset, i exilium missus
i prouinciam Galliam profectus he
luetios gentem uagam domuit,
que sedem querens per prouinciam cesa
ris narbonem, iter facere uolebat.
Postea situm Gallie continet
Pompeius de rebus mitridatis

magne & tigranis filio triumphauit. magnus
et alter Gaius consulatus e. Ex libro
c iiii

Prima pars libri situm germanie
moresque continet. G. cesar cum ad
versus germanos, qui ariouisto duce i gal
liam transcenderant, exercitum duceret, rogatus
ab eduis & sequanis quorum ager possidere
batur, trepidationem militum propter metum no
vorum hostium ortam, allocutione exercitus i
hibuit. & victos prelio germanos gallia
expulit. M. Cicero pompeio inter alios
enitente, & T. annio milone tr. pl
ingenti gaudio senatus ac totius urbis
ab exilio reuocatus e. Gn. pompeio
per quinquennium annone cura mandata
e. Cesar ambianos suessiones vir
omanduos. atrebates. belgarum populos
quorum ingens multitudo erat, prelio victos
in deditionem accepit. ac deinde contra neruios
unam ex his ciuitatibus cum magno discrimine
pugnauit eamque gentem deleuit, que bellum
gessit donec ex lx milibus armatorum ccc superessent
ex sexcentis senatoribus tres tantum euade
rent. lege lata de redigenda in provin
ciae formam Cypro & publicanda re
gia pecunia. M. Catoni administratio
eius rei mandata est. Ptholomeus e
gipti rex ob iniurias quas patiebatur
a suis, relicto regno roma uenit. G. ce
sar venetos gentem occeano iunctam
nauali prelio vicit, preterea res a le
gatis eius eadem fortuna gestas continet.
c v

Cum G. Catonis tr. pl. intercessi
onibus comitia tollerentur. sena
tus vestem mutauit. M. cato i petitione
pretorie, prelato vatinio, repulsam tulit.
Idem cum legem impediret qua prouincie

Laus victorie ab exilio

Venetos alios

Senatus vestem mutauit

M. cato

[illegible] in quinque mi populo [illegible]
me Crasso siria & pthicu bellu
dabant̃ a G trebonio tr. pl
legis autore, in vmilia duitius
e Aurelius gabinius pos p tho
lomeu reduxit in regnu egi
pti. eiecto Archelao quē sibi
regem asciuiant Cesar victis
gmanis i gallia reñs, rhe
nu transcendit & p'ximā par
tem gmanie domuit. Ac de
inde occeano i britaniam p
paru p'spe tempestatibus aduersis
traiecit iterū paru felicius
magis qz hostiu multitudine tera
aliquā parte insule in potesta
tem redegit Ex libro c vi

Iulia ce filia pompei v
xor decessit. honor qz ei
a populo habitus est ut in campo
marcio sepeliretur Gallorū
aliquot ppl Ambiorige duce
eburnoz defecerūt a quibus
cotta & tigorz legati cesaris cir
cumventi insidiis cum exercitu cui
preerat, cesi sunt. Et cu aliarū
q3 regionū castra, expugnata
magno labore defensa essēt
int' que eius qui intreboris p
exercitū. acto ab ipso cesare ho
stes plio fusi sunt. M crassi p
thie illaturus bellū, Eufratē
flumē trasiit Victus qz prelio
in quo & filius eius ceciderit
cū reliquias exercitus in colle

[illegible] in colloquiu
ab hostibus velut de pace eēt ev
ire. quorz dux erat Surenas
comprehensus qz, ne quasi viuus pa
teret, repugnans interfectus est
Cesar Ex libro c vii
Obtenus in gallia victis
iterū in gmania trāsiit n°
qz ibi hoste invento reūsus
in galliā, Eburonas & alias
ciuitates q conspirauerant
vicit, & Ambiorigem in fugā
vertit. p clodii. c anno mi
lone candidato consulatus
Appia via ad bouillas occisi
corpa plebs in curia cremavit
Cu sediciones int' candida
tos consulatu hispeu scipio
ne milone essent, qui acris
cau contendebant & ad compri
mendas eas gn pompeio le
gato & senatu. osul x tio fc
est absens & solus, qd nulli
alii unquā. Questione decreta
de morte p clodii, milo iudi
cio dānatus, i exiliū actus
est. Lex data est ut ro abse
tis cesaris in petitione osu
latus haberetur, invito & cōdice
te marco Catone Seq
res gestas a G cesare ad
uersus gallos qui ppe vniuersi
vercingetorige arverno du
ce defecerūt & laboriosas
obsidiones vrbiu gtinet
int' quas auaricu biturigu

[illegible] Ex libro
Cum C. cesar Gal[lia]... c viii
los ad alesia vicit, omnes
ex gallie civitates que in armis
fuerant, in deditionem accepit
C. x cassius questor c crassi
parthos qui in Siria transce
derant cecidit In petitione
consulatus M. Cato repul
sam tulit Creatis cons. Servio
Sulpitio M. Marcello C. ce
sar bello vaccos ac alios gallo
rum populos domuit Preterea
continet inter consules de suc
cessore C. cesari mittendo
agente in senatu Marcello
cons. ut ce ad petitionem consu
latus veniret cum is lege la
ta in id tempus consulatus pro
vincias obtinere deberet Res ex
a M. bibulo in Syria ge
stas continet Ex libro c ix

Qui est civilis belli primus
causas civilium armorum
et initia referunt. contentiones
de successore C. cesari mit
tendo. cum se dimissurum exercitum
negaret nisi a pompeio dimitte
rentur. et C. Curionis tr. pl.
primum adversus ce de re p.
cesaris actiones continet Cum
senatus consultum factum esset
ut successor cesari mitteretur
M. x antonio et q. cassio
tr. pl. quod intercessionibus ad

[illegible] senatus consultum [illegible]
pulsis mandatum est a senatu
cons. et Gn. pompeio ut viderent
ne quid res p. detrimenti caperet
C. cesar bello inimicos persecuturus
cum exercitu in Italiam venit Corfi
nium cum lucio domitio et l. len
tulo cepit. eos quod dimisit. Gn. pom
peium ceteros quod partium eius Italia
expulit Ex libro c x

Qui est civilis belli secundus C.
cesar massiliam que portas clau
serat obsedit et relictis in obsidi
one urbis eius legatis C. trebo
nio et decimo brutto profectus in hispa
niam L. afranium et M. petreium
legatos Gn. pompei cum vii le
gionibus ad ilerdam in deditionem
accepit omnes quod incolumes dimisit
Varrone quoque legato pompei
cum exercitu in potestatem suam re
dacto gaditanis civitatem dedit
massilienses duobus navalibus
proeliis victi, post longam obsidio
nem potentie cesaris se permise
runt. C. Antonius legatus ce ma
le adversus pompeianos in illi
rico rebus gestis captus est In
quo bello opitergini transpadani
ce auxiliares, rate sua ab hosti
bus navibus clausa, potius quam in
potestatem hostium venirent inter
se concurrentes occubuerunt
C. Curio legatus cesaris cum
prospere adversus varum partium pom

[illegible] pugnasset a [illegible] ciamne cum exercitu cesus est. Cesar in greciam traiecit. Ex libro

Qui est ciuilis belli sextus. c xi

M. Celius rufus pretor, cum sediciones in urbe concitaret, nouarum tabularum spe plebe sollicitata abrogato magistratu pulsus urbe milonem exuli qui fugitiuorum exercitum contraxerat, se coniunxit. Utrique cum bellum molirentur interfecti sunt. Cleopatra regina Egipti a ptolomeo fratre regno pulsa est. Propter q. cassii pretoris auariciam crudelitatem cordubenses in hispania cum duabus varrianis legionibus a partibus cesaris desciuerunt. Cn. pompeius ad dirachium obsessus a cesare et presidiis eius cum magna clade diuerse partis expugnatis obsidione liberatus translato in thessaliam bello apud pharsaliam acie victus est. Cicero in castris remansit. vir nichil minus quam ad bella natus. omnibus qui aduersarum partium qui se potestati victoris permiserant cesar ignouit. Ex libro c xii

Qui est ciuilis belli quartus. Trepidantia victarum partium in diuersas orbis terrarum partes et fuga refertur. Cn. pompeius cum Egiptum petisset iussu [illegible] Ptolomei regis pupilli sui theodoto preceptore cuius magna apud regem auctoritas erat et photino occisus est ab archelao cui id facinus erat delegatum in nauicula antequam in terram exiret. Cornelia uxor et sextus pompeius filius Cipron refugiunt. Cesar post tertium diem insecutus cum ei theodotus caput pompei et anulum obtulisset infensus est et illacrimauit. Sine periculo alexandriam tumultuantem intrauit. Cesar dictator creatus cleopatram in regnum egipti reduxit. Et inferentem bellum ptholomeum hisdem auctoribus quibus pompeium interfecerat cum magno suo discrimine euicit. ptholomeus dum fugit in Nilo nauicula subsedit. Preterea laboriosum M. catonis in affrica per deserta cum legionibus iter et bellum Cn. domitio aduersus pharnacem parum prospere gestum continet. Ex libro c xiii

Confirmatis in affrica pompeianis partibus imperium earum P. scipioni delatum est Catone cui ex equo deferebatur imperium cedente. Et cum de diruenda urbe vtica propter fauorem ciuitatis eius in cesarem deliberaretur, Id quod ne fieret M. Cato tenui-

esset Iuba suadente ut diru ceretur totaque eius in custodia mandata est cesarem. In pompei magni filium in hispania contractis viribus, quarum ducatum nec Scipio nec petreius excipere volebant bellum adversus Cesarem renovavit. Farnaces mitridatis filius, ex prito sine ulla belli mora victus est. Cum sediciones rome a p. dolobella tr. pl. legem ferente de novis tabulis excitate essent. et ex ea causa plebs tumultuaret inductis a M. Antonio magistro equitum in urbem militibus octingentis a plebe sunt cesi. Cesar veteranis cum seditione missionem postulantibus dedit. Et cum in africa traiecisset adversus copias Iube regis cum discrimine magno pugnavit

Ex libro c xiiii

Bellum in Syria cecilius bassus eques romanus pompeianarum partium excitavit Relicto a legione sexta cesare, que ad bassum transierat. Omisso ab eo, cesare scipione pretorem Iuba cum victi ad Thapsum castris eorum expugnatis Cato audita re cum se percussisset utice, et interveniente filio curaretur, inter ipsam curationem, rescisso vulnere expiravit anno etatis xlviii Petreius Iubam seque interfecerat. P. Scipio in nave circumventus honeste morti vocem quoque adiecit quaerentibus enim imperatorem hostibus dixit imperator se bene habet. faustus et afranius occisi. Catonis filio venia data. Brutus legatus cesaris in Gallia bellovacos rebellantes prelio vicit.

Ex libro c xv

Cesar iiii triumphos duxit ex gallia, ex egypto. ex ponto, ex africa. Epulum et omnis generis spectacula dedit. M. Marcello consulari, senatu rogante reditum concessit. qui beneficio eius Marcellus frui non potuit a gn. mago cliente suo athenis occisus. Censum egit quo censa sunt civium capita cl. profectusque in hispaniam adversus gn. Pompeium, multis utrimque expeditionibus factis, et aliquot urbibus expugnatis, summam victoriam cum magno discrimine, ad mundam urbem consecutus est. Pompeius sextus effugit

Ex libro c xvi

Cesar in hispania quintum triumphum egit. et cum plurimi et maximi honores a senatu decreti essent, inter quos ut parens patrie appellaretur et sacrosanctus, ac dictator in perpetuum esset, invidie adversus eum causam prestiterunt, quod senatui deferenti hos honores cum ante edem veneris genitricis sederet non assurrexit. Et quod a M. Antonio consule collega suo inter lupercos currente, diadema capiti suo im-

positu in sella reposuit. Et cum epi-
dio marullo et cesetio flauo tr. pl.
inuidiam et tamquam regni affectati
potestas abrogata est. Ex his causis
conspiratione in eum facta cuius ca-
pita fuerunt M. Brutus et cassius et
ex cesaris partibus dec. brutus et M.
trebonius, in pompei curia occisus
est xxiij vulneribus. Occupatum quoque
ab interfectoribus eius capitolium.
Oblivione deinde cedis eius a
senatu decreta, obsidibus An-
tonij et lepidi de liberis acceptis
coniurati a capitolio descenderunt.
Testo cesaris heres ex parte di-
midia institutus est gaius octa-
uius sororis nepos et in nomen
adoptatus est. Cesaris corpus
cum in campum martium ferretur, a ple-
be ante rostra crematum est. Di-
ctature honos in perpetuum sublatus
est. Chamates humillime sor-
tis homo qui se G. marii filium
ferebat, cum apud credulam ple-
bem seditiones moueret, necatus
est. Ex libro c xvij

G. Ottauius ex epiro roma ve-
nit. eo enim illum cesar premi-
serat, bellum in Macedonia gestu-
rus. Ominibus quoque prosperis ex-
ceptus et nomen cesaris sumpsit.
In confusione rerum ac tumultu
illum, lepidum pontificem tum maxi-
mum intercepat. Et M. Antonius con-
sul cum impotenter dominaretur, le-
gemque de permutatione prouin-
ciarum per vim tulisset. Et cesa-
rem quoque petenter ut sibi ad-
uersus percussores auunculi ad-
esset, magnis iniuriis affectus
est. Cesar et sibi, et rei p. vi-
res aduersus eum parans, de-
ductos in colonias veteranos
excitauit. legiones quoque
quarta et martia signa ab an-
tonio ad cesarem tulerunt. De-
inde complures seuitia M. An-
tonii, passim in castris suis
trucidati. quia et suspecti erant
ad cesarem destinauerunt. Deci-
mus brutus ut petenti eis al-
pinam Galliam Antonio ob-
sisteret, mutinam cum exercitu occupa-
uit. Preterea discursum utrius-
que partis virorum ad accipien-
das prouincias, apparatus quoque
belli continet. Ex libro c xviij

M. Brutus in grecia sub pre-
texto rei publice et suscepti
contra marcum Antonium bel-
li exercitum cui vatinius preerat
cum prouincia in potestatem suam
redegit. G. cesari qui primus
rei p. arma sumpserat pro p.
romano, imperium a senatu
datum est, cum consularibus or-
namentis. adiectumque ut se-
nator esset. M. Antonius dec.
brutum mutine obsedit. missi
quoque ad eum a senatu lega-
ti de pace parum ad com-
ponendam eam value-
runt populus romanus

scelera sumpsit. M. Brutus in
Epiro. G. Antonii pretorem
cum exercitu ponti sue subegit
C. Trebonius Ex libro cxviii
in asia fraude p. Do
labelle occisus est. Ob id
facinus dolabella hostis a
senatu iudicatus Cum pansa
cons. male adversus Anto
nium pugnasset A. hircius
cons. cum exercitu superveniens
fusis M. Antonii copiis, for
tuna utriusque partes equa
vit Victus deinde ab hir
cio et cesare Antonius in
Galliam confugit. Et M. le
pidum cum legionibus que
sub ipso erant sibi iunxit ho
stis que a senatu cum omnibus
qui intra presidia eius es
sent iudicatus est. A. hir
tius qui post victoriam
in ipsis hostium castris ce
ciderat et C. pansa ex vulne
re quod in adverso prelio ex
ceperat defunctus in campo
martio sepulti sunt. Adversus
G. cesarem qui solus ex tri
bus ducibus superat parum
gratus senatus fuit. Q.
decimo Bruto obsidione
mutinensi a cesare li
berato triumphi honore de
creto cesaris militum que

eius mentione non satis grate
habita. Ob que G. cesar reconciliata
per M. lepidum cum M. Antonio
gratia roma cum exercitu venit. Et per
culsis adventu eius his qui in
eum iniqui erant, cum xviii annos
haberet Consul creatus est Ex libro
G. Cesar consul legem cxx
tulit de questione habenda
in eos quorum opera pater occisus
esset. postulati que ea lege M. bru
tus. G. cassius. dec. bruto. absen
tes damnati sunt Cum M. Anto
nii vires Asinius que pollio et mu
natius plancus cum exercitibus suis ad
iuti ampliassent, dec. brutus
cui senatus ut persequeretur Antoni
um mandaverat relictus a legio
nibus suis iussu Antonii in cuius
potestatem venerat profugiens, cesus a
capeno sequano interfectus est G. ce
sar pacem cum Antonio et lepido
fecit. ita ut duo viri rei p. con
stituende per quinquennium essent. ipse
et lepidus et Antonius. et ut suos quisque
inimicos proscriberent. In qua pro
scriptione plurimi equites, cxxx
senatorum nomina x fuerunt. et inter
eos L. pauli fratris M. lepidi. et
L. cesaris Antonii avunculi. et
M. ciceronis. huius occisi a popili Marcus tullius
o legionario milite cum haberet
annos lxiii caput que cum dextra
manu in rostris positum est. Preterea
res a M. bruto in grecia ge
stas continet Ex libro cxxi

Cassius cum mandatum a
senatu erat ut dobellam
hostem iudicatum bello persequeretur
retur auctoritate rei p. adiu
tus Syriam cum tribus exercitibus
qui in eadem provincia erant
in potestatem suam redegit
dolobellam in urbe laodicia
obsessum mori coegit Ex libro

M. Brutus adversus thra cxxii
